los in Joseph victa cupiscētia eius cū a casu solus Joseph sine arbitris. i. alijs factoribꝰ domus intrasset in alia quā parrē vt opis q̄piā faceret ausa fuit ista nequā capere cū p chlamydē vt secū rē haberet. qđ ille cernēs piculuz nō verbis rndit. ꝫ factis fugies de manibus eiꝰ. ⁊ dimisso pallio foris exiuit. Gen. xxxix. Vñ ⁊ Jsiđ. ait. Cōgruū est inde coꝛporaliter euelli vbi q̄s illecebris deseruiuit. Nā locꝰ vbi quisq; prave vixit in aspectu mētis oppoꝛtet qđ semp quisq; ibi vl cogitauit vel gessit. di. lxxxj. c. Valet. Nō enī in scriptura dr fenū vel palea vl stuppa. Eccl. xxj. Stuppa collecta synagoga peccantiū ⁊ psummatio illoꝛ flamma ignis. Sz que securitas esse pōt stuppe vel palee iuꝛ igne Exēplū notabile in. iiij. dial. de illo psbytero sancto vꝛo rato qui retinebat vꝛorē quā ante p motionē fuā suscepe. rat a se remotā. hic cū esset antiquat⁹ in sanctitate ⁊ in extremis vite constitut⁹ adeo vt nec spūs videret eē in illo: vꝛoꝛ eius volēs certꝰ videre si expirasset adhuc adhesit os suū ori illi⁹. vt vel sic aliquē halitū sentiret de eo exire. Nō ille cernēs clara voce dixit. Adhuc ignicul⁹ est. f. in coꝛpoꝛe Tolle paleā. Nō illa intelligēs se inde remouit. Post qđ clamare cepit: bñ venerint dñi mei: bñ venerint dñi mei. vt qđ ad tantillū seruū venistis. ⁊ loḡbat de Pet. ⁊ Pau. Ecce venio ecce venio. ⁊ sic cū eis ad celū consc̄endit.

¶ De stupro. Capitulum. VI.

## Tuprum est alia spes luxurie. ⁊ ꝓsistit in actu venereo eē matrimoniū quo desloꝛat virgo. Aliqñ tñ sumit⁹ large ꝓ alijs speciebꝰ luxurie. Et sm hoc dicit Amb. Nē stupū adulteriū est. xxxij. q. iij. Nemo accipit eū ibi stuprū ꝑ cōcubitu viri vxoꝛati cū alia quacūq; ꝑ cū vꝛoꝛe sua. Sic ei accipit Numeri. v. vbi dr. Si latet adulteriū ⁊ teslib⁹ arguī nō pōt: q; nō est inuēta in stupro. tē. i. adulterio. Est aūt spāle pctm: q; sm Tho. ij. ij. q. clviij. artic. vj. vbi circa materiā alicuius vitij occurrit aliqua spālis deformitas ibi dz poni determinata spēs illi⁹ pcti. Est aūt luxuria peccatū ꝓsistēs circa materiā veneꝛeoꝝ. In virgie aūt sub custodia patris vel alterius existēte occurrit specialis deformitas: si coꝛrupat eē statū matrimonij. Et hoc tū ex parte puelle q̄ ex hoc ꝙ violat nulla pactiõe cōiugali p̄cedēti ⁊ pedit a legitimo matrimonio ꝓsequendo. Nā tales q̄n̄ b scit cōiter recusanē vt inhoneste mulieres. Ponit etiā per hoc in via meretricādi: a q̄ retrahebat: ne signaculū virginitatis amitteret. Tū etiā ex parte patris q̄ de ei⁹ custodia sollicitudinē gerit. sm illud Ecci. xlij. Sup filiā luxuriosam ꝛfirma custodiā. ne q̄n faciat tevenire in opꝓbrium inimicis tuis. Et ex b patz ꝙ stuprū est species determinata ⁊ distincta a luxuria: q; importat illicitā desloraꝯtionē virginū sub cura parentū existentiū. Quia Sichen filius Emoꝛ cōmisit stuprū cū Dina filia Jacob. inde secuta sunt multa ⁊ magna mala. Nā fratres ei⁹ simulãtes se velle ipsaz Dinā dare illi Sichen in vꝛoꝛe. put affectuo se postulabant: si ip̄e cū toto ppꝛo suo circūcisionē acciꝑeret acq̃euit ille cū pce. Et hoc seruato tertia die circūcisionis facte q̄n dolor erat maior: insciſure: Symeō ⁊ Leui intrarūt ciuitatē Sichen ⁊ ipm dñm ciuitatis patrē cum filio⁹ac oēs alios habitatores ciuitatis illius in oꝛe gladij percusserūt. iuuantib⁹ eos oībus fratribus eoꝝ in vindictā stupri ꝓ voluntate tñ p̄is sui Jacob. vt hꝫ Gen. xxxiiij.

Ad qđ tenetur stuprator.

## §. I. De satisfactiõe stupri vtrū teneat in aliquo stuprator satisfacere ⁊ in quo. Rndetur sm Tho. vbi. s. q; hoc hz duplicē iniuriā annexā. vnaz ex parte vginis. alia ex pte p̄is sub cuius cura est. adeo tenetur satisfacere aliquo mō vtriq;. Ex parte quidē vginis q; ei eā nōvi coꝛrupit. tamē federat ꝑpter quod teneꝛ satisfacere. Vñ Exo. xxii. dicitur. Si seduxerit quis virginē nondū desponsatā dormieritq; cū ea dotabit eā ⁊ habebit in vꝛoꝛe. Si aūt paterꝫ virginis noluerit dare ei reddet pecuniā iuxta modū dotis quā virgines accipere cōsueuerūt. Et q; etiā patri puelle iniuriatur: ei etiā tenetur ad penā sm legē. Dicitur eñ Deut. xxij. Si inuenerit vir puellā virginē que nō hz sponsum: ⁊ apprehendēs concubuerit cū ea: ⁊ res ad iudiciū venerit. dabit q̄ dormiuit cū ea. l. siclos argēti: ⁊ habebit eā vꝛoꝛe: ⁊ q; humiliauit eam nō poterit dimittere illā cūctis diebus vite sue. Et hoc iō nevideatur ludibriū fecisse sm Aug. Nec Tho. Et q; hoc preceptū inter iudicialia ponit: q̄ nō obligāt nisi in ꝓpriū ecclia vel aliqua ciuitas illa assumat vt cōtinētia magnaz equitatē. ideo nunc ad illa nō videt obligari: nisi quatenꝰ in statutis alicuius ciuitatis haberet: ⁊ in iudicio cōtēcioso ad illa cōdēnaret. Et idem dicendū de quacūq; alia pena statuta ꝓ ꝛa tales quādo fuisset adiudicatus. In foro iudiciali eccl'evidetur teneri ad alterū hoꝝ stuprator. s. aut sumere i vꝛoꝛē aut maritare. i. dotē dare. ar. eē de adulte. c. j. Sz vt dicit ibi glo. hec fuit pena antiqua. Hodie au tē sic punit⁹. q̄ aut ducat eā auctoꝛitatus ⁊ a sacramētis exclusus retrudat⁹ in monasteriū ad agendā pniaz. ō quo egredi nō posset. eē eo. c. ij. Aliqui etiā glo. intelligūt hec de seductoꝛe seruanda q̄n̄ seduxit. i. seoꝛsum a domo abducit ꝙ violentiā. In foro aūt ꝛscie sic agendū videt sm Guil. Si desloraꝛ eā voluntariā: nō teneꝛ ei. patri aūt teneꝛ: q; iniuriaꝛ. et ei. vñ in aliquo satisfaciat vel saltem eū placet. Si aūt seduxit puta ꝓmissionibꝰ ⁊ mendacijs: nō videt fuisse voluntariū. Inuitā ergo ⁊ seductā si cōstu ꝓauit iniungendū est sibi ꝙ satisfaciat ad arbitriū boni viri. vel cū ea cōponat. Et si ꝓmisisset eā ducere in vꝛoꝛez vt copulā ab ea extoꝛqueret seruet ꝓmissuz. ⁊ multo magis iuramēto firmatū. ⁊ hoc nisi nimis distās esset eoꝝ cōditio. puta mulier plebeia: vir nobilis ⁊ potēs. Non ei mulier ꝓsumit fraudē ignoꝛasse. vel etiā si magnū aliqđ scandalū inde credit. puenturū: ⁊ tūc petat remissionē ꝓmissi. ⁊ aliter satisfaciat sin suā facultatē: ⁊ mulieris indigentiā. Parentes aūt qui tradūt filias suas nobilibus ⁊ diuitib⁹ deslorandas: vt ꝑpter hoc eas nuptui tradāt illis dotanti bus pessimi sunt lenones. vel etiā vt ex pecunia collata ꝑpter turpitudinē inde viuāt: digni moꝛte temporali ⁊ eterna. qđ hoꝛrēs beatus Nicolaus adolescēs puidit cōiuca neo suo nobili sed pauperi: pricies ꝑ feneſtrā dom⁹ masam auri tribus vicib⁹ ꝑ dotibus triū filiaꝝ suaꝝ q̄s in tēdebat ꝓstituere. Tenenť tñ abutēres eis prouidere: nec pctm stupri euadūt ex b ꝙ de volūtate puelle ⁊ parētū b agāt ⁊ ablata vitate fornicationē cū eis cōmittūt se immisceāt sēdo cū eis si soluti fūt. Si aūt violētia inferať puelle absolute aio semp renitēs: semp stupꝝ quidē est ex pte viri. ⁊ grauiter puniri dz vt ꝛstuprator. ⁊ raptoꝛ. Ipa autē nec peccat nec amittit vginitatē etsi sigmaculū vginitatis amittit. Et si se defendēdo nevioleť siue nupta siue inupta causu occideret eā impetentē nō ob vindictā nec homicidiuz intēdēs ꝛs suā defensionē. puta vibrat gladiū ꝛ cū ne capiat credo nō peccaret: q; vim vi repellere est de iure nature di. j. c. ius nāle. Et si licz nō solum se ⁊ bona sua defendere nec capianť a latronib⁹. q̄re etiā nec pudicitiā ⁊ honoꝛē suū amittat: ⁊ ne maxime tentationi exponať. Sz si violēti ꝛa ꝛditionalis inferať. puta q: cōminatio fit ei de moꝛte vl infamia: vl verecūdia ducta nō auder clamare: vl timet scandalū magnū oꝛti nō excusať a stupro ⁊ petō ꝑpter.

Stupū ẽ

Stupꝝ ẽ speciale peccatū.

Tradentes filias suas.

Cōfessor quō debꝫ intūgere penitētā

Raptus qñq; idem cū stupro

¶ De raptu. Capitulum. VII.

## Raptus est illicit⁹ coitus a rapiēdo dict⁹. Et vt dr. xxxvj. q. j. Raptꝰ cōmittit cū puella q̄ violenter a domo patris abducit vr coꝛrupta in vꝛoꝛe habeať. Et q: hz speciale deformitatē in materia venerea. iō ipsa est determinata species luxurie. Et vt dicit btūs Tho. ij. ij. q. clviij. arti. vij. Raptus qñq; cōcurrit cū stupro. qñq; inueniť raptus sine stupro. qñq; stupꝝ sine raptu. Concurrit quidem raptus cū stupro quando aliquis infert violentiam ad virginē illicite desloranda: que quidē violētia qñq; inferť tam virgini ꝙ patri ei⁹: qñq; inferť patri ⁊ nō virgini puta cū ipa consentit ꝙ de domo patris abducať. Differt aūt violētia raptus alio mō: q: qñq; puella violēter abducit a domo parentū ⁊ violenter coꝛrupit: qñq; etsi violenter abducit nō tñ violēter coꝛrupit hz de voluntate virginis siue coꝛrupatur fornicario coitu siue mrimoniali: qualitercūq; violentia abit saluaꝝ rō raptus. Inuenit aūt raptꝰ fine raptoꝛe. puta cū ꝙs rapit viduā vel puellā coꝛruptā. Vñ Summachus papa dicit. Raptoꝛes viduaꝝ vel virginū ob inanitatē tāti sceleris detestamur. Stuprū vo sine raptu qñ aliqs absq; violētie illatiõe virginē illicite desloraꝛ. Jtē sm Tho. vbi. s. aliter dicēdū est in raptu puellaꝝ q̄ sunt alijs despōsate: ⁊ aliter de raptu eaz q̄ nō sunt despōsate. Ille eñ q̄ sunt alijs despōsate restituēde sunt suis spōsis qui in eis eꝛ sua despōsatione ius habēt. Ille aūt que non sunt despōsate alijs restituēde sūt pmo patre ptāt: ⁊ tūc de volūtate parentū possūt eas licite in vꝛores accipere. Si aūt aliter fiat. illicite mrimoniū ꝛhiturq: quicūq; rez rapit tenet ad restitutionē eius: tm si nō fiat talis restitutō ⁊ puella rapta ꝛsenserit voluntarie in habēdo raptoꝛē suū in virū: tenet matrimoniū. Nā raptus etsi impediat matrimoniū ꝛtrahendū: nō tñ dirimit ꝛctum. vñ qđ dicit in cōcilio Aldeden. Placuit vt hi q̄ rapiunt feminas vel eruntur vel seducūt eas: nullatenus eas habeant vꝛores: quis eas postmodū nuptialiter cū ꝛsensu parentū susceperint. xxxvj. q. ij. Placuit. dictū est in detestatione crimiꝝ. Vel pōt intelligi de his que sunt alijs despōsate magis ꝑverba de ꝓsenti. hec Tho. In glo. summaria. xxxvj. q. j. ī ꝑn. questiõis. vbi tractať hec questio. f. vtrum raptoꝛ possit rapta habere in vꝛoꝛe pacta penitētia sic dicit. hec ꝙstio dubiū nō hz: q; vtiq; pōt raptoꝛ rapta habere in vꝛoꝛe pacta penitentia: ⁊ est expressum. eē de raptoꝛib⁹. c. Accedēs. Et hoc nisi sit spōsa alterius de ꝓsenti: tūc eñ illi reddēda est sed si est spōsa de futuro nō cogiť cas recipe. vt. xxxvj. q. j. Lex illa. Capla ergo que dicūt ꝙ nō possit rapta manere cū raptoꝛe. intelligenda sunt q̄n rapta nō ꝓsenſit in matrimoniū raptoꝛis: hz potius in stupꝝ: cū eñ in pctō maneant separādi sunt. vel intelligunť q̄n rapiť spōsa alterius: que si esset ꝓsonsa de futuro ⁊ cū raptoꝛe ꝓsentialiter ꝛba verba de ꝓsenti: cū eo remaneret etiā ꝛtradicētib⁹ parētib⁹. Vñ Hiero. sic ait. Tria legitima cōiugia in scripturis leguñ. Primū legitimū cōiugiū est. f. virgo casta i virginitate viro data legitime. Secūm est virgo in ciuitate deprehēsa a viro. ⁊ illi per vim copulata si voluerit pater eius dotabit eā ille vir: inquātū iudicauerit pater: ⁊ dabit pricii pudicitie eius: ⁊ erit illi vꝛoꝛ. f. si ꝛsenserit mulier i mrimoniū. Tertiū est filia deprehensa in ciuitate. f. a raptoꝛe si nō voluerit pater eius. f. illi dare in vꝛoꝛē derahet eā ipsi viro ⁊ dabit alteri ⁊ dotabit eam ⁊ legitima erit ei: quod intelligitur quādo puella nō ꝛsenſit in matrimonium: sed in stupꝝ cum raptoꝛe. xxxvj. q. ij. tria.

Raptus puellarū despōsatarum.

Utrū raptoꝛ possit habere raptam.

## §. I. De pena raptoris mu lierū dicit Ray. in summa. q̄ pena raptoꝛis sm leges est vt capite puniať: ⁊ eius substātia rapte applicet fi ingemaz rapuit. Si vo ancillā vel liberā substātiā nō amittit: ꝛs tñ decapitať. ar. xxxvj. q. j. De raptoꝛib⁹. De decapitatiõe dicitur ex pressius. C. de rapto. virg. l. j. Scim canones autez raptoꝛ efficit seruus rapte nisi se velit redimere. vt dicto c. de raptoꝛib⁹. Jtē debet excōicari cū fautoꝛib⁹ suis. xxxvj. q. ij. c. ſ. ⁊. iiij. Si tñ rapta velit ꝛhere cum raptoꝛe. pōt vt dictū est supra. Et dicit ibi glo. Ray. ꝙ hec pena pōt intelligi in foro iudiciali nō in foro penitētiali. Nota etiam sm Bof. ꝙ predicte pene intelligunť infligēde si rapuit mulierē honestā: sc'si rapuit meretricē. vt. C. de rapto. virgi. l. j. Nec dillinguitur vtrum volentē mulierem quis rapiat vel inuitam: ꝛsponsam ꝓpriam vel alienā: cōiugatam vel nō cōiugatam: ꝙis acrius puniatur quis ꝑ adulteriō. Dicit etiā bea. Tho. vbi. s. ꝙ q: ꝛsponsus ex ipsa despōsatiõe hz aliqđ ius in sua ꝛsponsa. ideo ꝙis peccet violentiā inferendo. s. educēdo ꝛsponsam de domo parentū violēter excusať tñ a crimine raptus sumēdo stricte. Vñ gelasꝰ papa dicit. ꝙ lex ꝓteritoꝝ ꝓncipum ibi raptū dixit esse cōmissum: vbi puella de cui⁹ nuptijs nil actū fuerat videbať abducta. xxxvj. q. j. c. ij. Posti. etiā dicit ꝙ si despōsatā de ꝓsenti raptoꝛ violenter monasteriū ingredi vir raptꝰ fuit carnaliter cognoscat nō poterit postea ingredi ꝛ eius volūtatez. Usus eñ est re sua etsi nō debito mō. Jtē dicit Ray. ꝙ si ꝓnceps cōstituit iudici excusaťo potestatē puniēdi tales ipse circa moꝛtē vel mutilationē vel sanguinis effusionez enormē. poterit iubere raptoꝛē incarcerari ⁊ flagellari. ita tñ ꝙ flagella in vindictā sanguinis trāsire nō videaťur. vel pena pecuniaria mulctari. Quos tamē inuenerit excessisse ꝑ mēbꝝ mutilationē. vel moꝛte debet reseruare puniendos regie potestati. eē eo. tit. in archiepatu. Si quis etiaz seruū inuitā violauerit vel seruū iniuriarī actione tenet. de. diſt. ſ. Si ꝙs. Et si ꝑseuerauerit in vitio impetēdo eam nec posset resistere quin violentiā sibi inferret. si aliter nō pōt sue pudicitie. quietē licite posset fugaz inire. Si cui licet furari in casu necessitatis ad euadendū moꝛtē coꝛpis vt de ꝛse. dist. v. c. Discipulos. Et si licet vxoꝛi a viro recedere trahente ipaz ad moꝛtale ⁊ ecōuerso. vt habeť. xxviij. q. ſ. idolatria. Et si licet reo capto ad moꝛtē fugere cū aditus paret sine resistentia. quare etiā nō licz seruę recedere a dño ad euadendū moꝛtē aie ex quo frequēter moleſtat eā renitentē: ⁊ ad malū cogit. Nō aūt ꝙdat dñs ius ⁊ pre ciū seruī imputerꝛbi: q; ꝑuilegiū merek amittere q̄ pcessa sibi abutiť potestate. xj. q. iij. Priuilegiū. Propter raptum sabinarū. vt refert Aug. in lib. de ciui. dei. maxie cedes hominū secute sunt inter vtrāq; partē. f. romanoꝝ ⁊ sabinoꝝ. Cum eñ roma esset adhuc quasi de nouo cōstructa ⁊ multi eoꝝ essent sine vxoꝛibus: fecerunt quoddā festuz in dolo. ad qđ cōcurrentes vt moꝛis est femine de partib⁹ vicinis. vt de sabina. illi romani rapuerūt eas vt haberēt vxores vnde secutū est bellum ⁊ magna strages.

¶ De sacrilegio. Capitulum. VIII.

## Sacrilegium prout ẽ spēs luxurie est coitus exercit⁹ per ꝑsonā sacrā vel cū ꝑsona sacra. i. habēte ordinē sacrū vl votum ꝛtinentie: vel etiā in loco sacro. Pro cuius declaratione sciendū sm Tho. ij. ij. q. clviij. ar. x. ꝙ actus vnius virtutis vel vitij q̄ ordinatur ad finē alterius assumit speciem illius: sicut furtū quod cōmittit ꝑpter adulteriū trāsit in speciem adulterij. ⁊ ecōuerso adulteriū quod cōmittit ꝑpter furtū faciēdū tranſit in speciē furti. Manifestū ẽ autē ꝙ obseruatio castitatis sm ꝙ ordinat ad cultū dei trāsit in actū religionis. vt ptz in his q̄ vouent ⁊ seruant vir ginitatē. vt ptz ꝑ Aug. in lib. de vginitate. Vñ manifestuz est ꝙ etiā luxuria sm ꝙ violat aliqđ qđ ptinet ad cultū dei nūꝰ ptinet ad speciē sacrilegij. ⁊ sm hoc sacrilegiū potest poni species luxurie. Pōt aūt ocurrere sacrilegiū cum diuersis speciebus luxurie. Si eñ abutať ꝑsona ꝛiuncta sibi sm ſpiritualē cognationē cōmittit sacrilegiū ad modū incestus. vt inter cōpatrē ⁊ cōmatrē. Si aūt abutať virgine deo sacrata: inquātū spōsa xpi est sacrilegiū ꝑ modū adulterij. imo ꝛtum vo est sub cura patris ſpiritualis est quoddā ſpirituale stuprū. Si violētia inferať erit ſpūalis raptus. De quo vltimo dicit Justinianus imperator. Si q̄s nō dū rapere sed attentare tantūmodo matrimonij iungendi causa sacratissimas virgines ausus fuerit: capitali sententia feriať. de. pe. di. ſ. Si q̄s. Ad quantū dedecus pueniat homo ꝑ hoc sacrilegiū pōt elici ex verbis psal. dicētis. ps. xlviij. Homo cū in honoꝛe esset nō intellexit: cōparaꝰ est iumentis insipientibus. Ubi nota tria de triplici honoꝛe in quo se reperire potest persona sacra in qua inuenit ꝛs iusmodi sacrilegium ⁊ per ipsum vituperatur.

Raptus qñq; est cū stupro

Sacrilegium est.

¶ Primus est honor deifice sponsalitatis.
¶ Secūs est honor dñice potestatis.
¶ Tertius est honor angelice ministerialitatis.

Vouenti bus castitatē magnus honor: est cē sponsam xpi.

## §.I. Quantum ad primū

certū est q magn⁹ honor est esse spōsam alicui⁹ regis: maior spōsam imperatoris: ꝫ maxim⁹ est cē spōsam xpi ihesu q̄ē rex regū ⁊ dñs dñantiū. hec aūt est q̄libet aīa habētis ⁊ seruātis hūiliter vot⁹ vginitatis. Vñ cuilibet illarū pfecte viuēti dicet in fine vite. Veni spōsa xpi accipe coronā quā tibi dñs prepauit in eternū. Quāuis em̄ dicat apl⁹s de oībus caste viuentib⁹ ⁊ bñ. Despōdi em̄ vos vni viro vginē castā exhibere xpo rone fidei seruate cū⁹a dilectōe. tñ alio nō magis spāli dī habēs ⁊ seruās ꝓpositū vginitatis vot⁹ spōsa xpi. yn cū ꝛsecrat⁹ ygo vel bñdicit. ipa cātat illud. Ypsi suz despōsata cui angeli seruiūt: cui⁹ pulchritudinez sol ⁊ luna mirant. Rep⁹esentat em̄ statū eccl̄ie triūphātis quo oēs scti sincerissimo amore insepabiliter xpo inherēt sine vlla corpis corruptiōe. Vnde em̄ ygines dic̄ Jo. Apoc. xiiij. sequī agnū quocūq; ierit. ⁊ cātare cā ticū nouū q̄ nullus ali⁹ cātare pōt. q: videl⁹ xpm pfecte imitant quoad integritatē aie ⁊ corpis. Et spāle gaudiuz q̄ aureola dī ꝓpter victoriā carnis pfectā pcipiūt q̄ alij sancti ⁊ sancte nōvgines nō hñt. Hinc ⁊ Ambr. Pulchritudo dine maioze estimare q̄s pōt deco⁹e vginis q̄ amaf a rege ꝓbaf a iudice: dedicaf dño deo ꝛsecraf. Cypria⁹. Virginū q̄dā sublimior flos est ecclāstici germinis. dec⁹atq; ornamētū cē spūalis: illustrior: portio gregis xpi. Jpi. f. virgini spōsus dicit in Cāt̄. iiij. Veni de libano spōsa mea: veni de libano coronaberis. Liban⁹ interptaf cādidatio: ⁊ significat puritatē. bis dicit de libano. q: duplicē purita tē dz habere seruatā aie. f. ⁊ corpis. vt coroneī aureola vginitatis. Cū igit⁹ ygo sit in magno honore ⁊ sanctitate. si i aliq̄ opus carnale labaf sacrilegiū cōmittit q: ledit rem sacram violando spōsam deo ꝛsecratā. Talis nō intelligit quātū thesaurū amittit seu furaf. thesaurū vtiq; maximū q: nō est digna ponderatio aie ꝛtinētis. vt dī Eccl. xxvj. c. Et vt dicit apl⁹s in. ij. ad Corin. iiij. Habem⁹ thesaurū istū in vasis fictilib⁹. i. corporibus: ⁊ ideo caute ambulandum q: si frangaf istud p quodcūq; opus carnale irrecuperabiliter amittit. fm illud Amos. v. Virgo isrl̄ piecta est. ⁊ nō est q̄ suscitet eā. Sup quo⁹bo dicit Hiero. Audacter dicā q: cū cetera possit de⁹ virginē nō pōt suscitare post ruinā: poterit quidē liberare ea pena. f. debita p pcō. ꝫ nō pōt coronare corruptā. f. aureola virginitatis. xxvj. q. v. Si Paulus. Nō Hugo cardinalis exponit dicēs. nō pōt. id est nō ostendit se posse vel nō consueuit hoc facere. Non intelligit talis vilitatē ⁊ abominationē opis sui. Vñ Sen̄. Voluptas nihil hz magnificū. nil q̄ natura deo ꝓmū facit a ministerio vlli⁹ mēbroz ac turpiū veniēs. Et vt dicit beatus Tho. in. iiij. Virgo fortius impugnaf tētatōe carnis q̄ alij ꝓ modū curiositatis. quasi appetēs expiri q̄tita tē vel qualitatē delectatiōis veneree quā nō est expta. cui⁹ etiā imaginationi diabolus repꝛesentat quid magnū esse ⁊ valde delectabile. quod tñ est valde turpe adeo q⁹ quilibet de hoc magis erubescāt q̄ de alijs actib⁹. Et vt narrat in libro de natura apū. quedā virgo deo deuota cū tētata amisisset virginitatē in tātā tristiciā deuenit cōsideās per quale opus vilissimū amisisset tantū thesaurū q̄ ꝓ tristicia ⁊ dolore mozua est. Non intelligit talis: quia vt dicit Greg. Etsi momētaneū est quod delectat. tamē eternum quod cruciat pena. f. debita tāto sacrilegio ⁊ adulterio spirituali. de. inqt apl⁹s. j. Tymo. v. recipient dānationē maiorem: q: primā fidē irrita fecerūt. qua sc⁹ xpo ꝓmiserunt solēni voto: vt spōso fidē castitatis seruare. Hinc Cypria⁹ ait in lib. de virginitate. Si supueniēs marit⁹ spōsaz suā iacerē cū altero videret: nōne indignaf ⁊ fremit ⁊ pze li dolorē gladiū portat in manu sua. Et q: xpus dñs ⁊ iudex noster cū virginē suā sibi dicatā: ⁊ sanctitati sue destinatā iacere cū altero cernit q̄ indignaf ⁊ irascit. Quas pe nas in scelestis istis ꝓiunctionib⁹ cōminaf cuius vt gladius spūalis est vtur⁹ iudici⁹ dies. xxvij. q. j. Nec aliq. Et q: nō intellexit cōpaf iumētis insipiētib⁹: ⁊ factus similis est illis: nō solū iumētis: ꝫ insipiētib⁹ iumētis silles fiunt. Quāuis em̄ oīa iumēta sint insipiētia: q: sine rōe sunt. ali qua tñ ꝓpter q̄sdā instinct⁹ naturales ꝓudētia videnf q⁹ si aliq̄d participare rōnis ⁊ sapie. Alia vo oino stolida. vt asini. Vñ dī ab a q̄ est sine. ⁊ sensu. his iumētis magis ce teris stolidi sunt sacrilegi: luxuriosi. de q̄b⁹ ꝓpha. Quoz carnes sunt vt carnes asinoz⁹. Quāta em̄ insipiētia ista est: quāta temeritas sponsaz regis eterni a spōso suo pulcherrimo ditissimo nobilissimo potentissimo optimo recedere: ⁊ vilissimo seruo pauperrimo deformi infirmo adherere. Quāta brutalis libido ꝓsumere accedere ad sponsam dñi sui: q̄ nullo mō pōt ipsum latere. Merito cōparant iumētis insipientib⁹ q̄ nulla vtunf ꝓpinqtate rōnis. Assimilātur recte eis: q: debēt⁹ iumēta separari a puerstione alioz⁹ p excōicationē vel depositionez. Vñ dz. xxvij. q. j. Si q̄s epūs ꝓbyter diacon⁹ vel subdiacon⁹ aut lector aut psal. aut ostiarius cū muliere deo sctificata mechaf. fuerit: deponaf. Si laic⁹ est excōicef: q: spōsam xpi corrupit. Scōm leges dz occidi: ⁊ boma eius ꝓfiscari. in auf. de san. epis̄. in fi. ⁊ hec lex est canonizata. xxvij. q. j. Si q̄s rapuerit. Jn q̄busdā diocesib⁹ p synodales ꝓstōnes tales fuit ipso facto excōicati. Narrat ⁊ valeri⁹ maxim⁹ in. j. lib. q̄ q̄ dā etsi gentilis tñ dedicata cū alijs virginib⁹ ad seruādaz castitatē dee veste: q: reperta est in stupro ad mortē punita est. Et tales vt iumenta moziuntur.

Pena sacerdotis cognoscētis filiam spūalez.

## §.II. Secūdo reperit se hō

in honore dñice ptātis. h aūt est q̄cūq; sacerdos est. Talis dī dicunf. pś. De⁹ sterit in synagoga deoz. i. sacerdotū. in medio aūt deos dijudicat. i. sacerdotes. Vñ Gre. ad mauritiū imperatoꝛ scribēs ait. Sacerdotes aliq̄n dīi i sacris eloquijs vocanf. Scriptū est em̄ dijs nō detrahes. Quid ergo mirū si illos vra pietas honozat: quib⁹ in suo eloqo honorē tribnēs deos appellat ipse de⁹. Merito aūt dij dicunf sacerdotes ꝓpter ptātem dñi quā hñt. Possunt enīz mutare panē ⁊ vinuz in corp⁹ ⁊ sanguinē dñi vbis ꝛsecratiōis: q̄ nullus angel⁹ nullus sanct⁹ in celo. i. aīa. nec ipa vgo beatissima pōt: ꝫ sol⁹ de⁹. Pñt etiā absoluere a pctis vt absoluti debite intrēt regnū celoꝝ. Vñ Anteri⁹ papa. Absit vt quicūq; finistrū de hmōi arbitremur q̄ apl̄ico gradui succedētes corp⁹ xpi sacro ore ꝛficiūt p q̄s xpiani sumus q̄ claues regni celoꝝ hītes añ diē iudicij iudicāt. rsq. iij. Absit. Adagn⁹ igit⁹ honor iste q̄ ptās sacerdotū ꝫ si nō viuūt caste ꝫ luxuriose sacrilegiū cōmittūt: ⁊ nō in telligūt suū honorē quē ita vituperāt. Nō cū i honore eēt nō intellexit. q̄d de⁹ ꝓcepit aarō. Leui. xxi. Nō de femine tuo. i. de gñe sacerdotali: q̄ habuerit maculas non offerat panes deo suo. nec accedat ad ministeriū ei⁹. i. nō offerat sacrificia nec mīstret sacra. Et iter alias macias pōit has. f. si habuerit iugē scabiē: si fuerit pderosus. Nō exponeī Gre. i pasto. ait. Jugē scabiē hz: cui petulātia fine cessatione dñat. Jn scabie em̄ feruoꝛ viscerū ad cutē trahit: p quez luxuria designaf exterioꝛ. Ponderosus est q̄ neḡp q̄devsq; ad opus nepharīū rapit: ꝫ ei⁹ animꝫ voluptate luxurie fine vllo repugnatiōis stimulo delectat. xlix. dist. hic etem Non intellexit talis sacrileg⁹: q̄d ait iterū dns. Aūdami ni q̄ fertis vasa dñi. Sfert sacerdos vasa dñi: qui vasa consecrata quotidie tractat. vasa fert q̄ sacra xpi q̄ sunt vasa gre domini in manib⁹ portat. Sfert vasa dñi: q: aias subditoꝝ hz regere ⁊ sustētare monitis ⁊ oꝛonibus. ⁊ iō dz mūdari mēte ⁊ corpe. Quātuz scel⁹ sacrilegij patraret q̄ vasa sacra vel sacra manib⁹ lutosis ꝛtingeret vel ea in lutū ꝓiceret hoc agit sacerdos luxurie vacās ⁊ sacra ꝛtractās. Nō intellexit miserim⁹ q̄ ꝓpter hoc xp̄m vt iudas ꝑdit. Dicit eī Dic. Dic mihi sacerdos quō cū his labijs q̄b⁹ osculat⁹ es filiū hoīs. i. xp̄m i sacro osculaꝛis labia meretricis. O iuda filiū hois tradis. i. filiꝫ es ei. Nō intellexit q̄ irā dei ꝛ se. puocat. Jn cuius figurā Nadab ⁊ Abiu sacerdotes q: obtulerunt ignē alienū nō dñi mortui sunt. Jgnis dñi est amoꝛ charitatis. Jgnis alien⁹ est ignis ꝛcupiscentie ⁊ carnalitat⁹ cū quo in ꝛspectu dñi accedēres in eccl̄a a dño punimī. pmaxime aūt scā dalizāt ppl̄os pluſq; p aliavitia vñ reuerētia ⁊ deuotionē vir⁹ pñt hzenedū ad eos. ꝫ ad sacramēta coꝛ. Et ꝓpter hmōi sacrilegia coꝛ cōparanf iumētis silles eis effecti. O q̄ta ⁊ q̄ infelix mutatio ex deo effici iumētū insipiēs. Sicut em̄ iumēta onerant cōtinuis onerib⁹: verberanf frequētibus verberib⁹ cōtenunf a cunctis hoibus ꝓpter malā vitā coꝛ⁹ sacrilegā: quotidie im positiōes exigunf ab eis gabellaꝛ tributa a laicis ꝛ omnia iura vbi ꝓius ꝓpter bonā vitā fuerāt facti exēpti ab oīb⁹ his. puniunf vt iumēta. Nāvt hī di. lxxvij. presbiter. Sacerdos p fornicatiōe dz pniam agere nec annis ⁊ duob⁹ pximis in pane ⁊ aqua: alijs q̄nqz sequētib⁹ ter in hebdomada in pane ⁊ aqua. ⁊ in reliquis etiaz aliquā pniam facere fm formā ibi traditā: ⁊ intelligif de fornicatione publica fm Hosti. hodie tñ hmōi pnia est arbitraria. Nota etiaz q⁹ sacerdos q̄ cognouit carnalī filiā spūalē. i. quā baptizauit. vel chrismauit si est epūs vel audiuit eius ꝛfessionē: sacerdos dz pniam agere tredecim annis. epūs. xv. mulier religiom tradenda. xxvj. q. j. c. Si q̄s sacerdos. ⁊. c. nō dz. Et xxvij. q. j. De filia. ⁊ intelligif cū petrū est notoꝛiū de iure vel de facto: hodie tñ arbitraria. Et b ꝑpendit q̄tū horre bāt sancti patres hoc sacrilegiū: ⁊ in tantū eccl̄ia sacerdotes ꝛcubinarios vt iumēta insipiētia desp̄ciat ⁊ phibeat eos a celebratione misse: ⁊ diuino⁹ officioꝝ: ⁊ fidelibus pcipiat ne audiāt missas vel officia eoꝝ vel pcipiant sacramēta ab eis q̄s sūt notoꝛij fornicatoꝛes. vt di. xxvj. c. Preter hec. cū. ſ. ſequē. Et si moniti nō desistāt. debēt beneficijs spoliari. q̄d ꝓptera statuit eccl̄ia nō q̄n eoꝝ sacramēta sint vera sacramēta in se sicut ꝛfecta a bonis: ꝫ vt videtes se vitari saltē verecūdia resipiscant. De hac tñ materia quō tales debeāt euitari. habes diffuse in. iij. parte.

Sacerdos est in magno honore.

Detestatio sacerdotis fornicarij.

## §.III. Tertius honor qui

reperit⁹ in hoie est. q: dicit⁹ minist⁹ dei seu seruꝰ. hoc autez est officiū angelozū. fm illud ps̄. Qui facis angelos tuos spūs ⁊ ministros tuos. ⁊ Heb. j. Oēs administratoꝛij spiritus sunt. f. angeli. Et q: tota vita clerici vl⁹ religiosi etiaz conuersi est deputata ad seruitiū dei. iō ꝓcipue p excellentiā dicunf ministri ⁊ serui dei. Hiero. altari deseruiēs: altaris oblatiōe sustentaf. pij. q. j. clericus. Seruire aūt deo regnare est fm. Greg. ⁊ in signū regie dignitatis pōtaf coroña: capillozū in capite. Certe magn⁹ honoꝛ iste seruire die noctuq; tāto dño. Sz si dīi tpales q̄ imūdi sūt pctis: q̄ rūt ⁊ volūt hīe suos q̄ coza eis mīstrēt: mūdos ⁊ imaculatos: sicut legif de Nabuchodonosoꝛ q̄ fecit eligere ex ꝓlibꝛeis iuuēculos nobiles sine macula ad seruiēdū ei: et hi fuerūt Daniel Ananias Azarias ⁊ Aldisael. Dan. j. c. multo magis xpūs de⁹ q̄ est fons mūdicie ⁊ puritatis vult hīe ministros puros ⁊ imaculatos. pś. Ambulās in via ima culata. b mihi ministrabit. inqt dns. s. idonee. Vñ ⁊ dī Latico. ij. pascit inter lilia. f. in meritis caste viuēriū. Recte au tē tales caste viuētes dicunf ministri dei sicut ⁊ angeli: q: in carne ꝑter carnē viuere angelicū est: nō ꝓhanū ait Diero. Talis ergo clericus vel religiosus cōmittēs sacrilegiū p opus luxurie vituperat ministeriū suū. Dic nō intellexit q: violat tēplū dei. Si q̄s cōmitteret aliq̄d opus carnale i eccl̄ia cuiuscūq; ꝛditiōis sit vtiq; magnū sacrilegiū perpetrauit⁹ q⁹ eccl̄ia ipsa q̄ erat ꝛsecrata indigerent recōciliatiōe ad b vt possint ibi diuina celebrari. vt hī de ose. dist. f. Eccl̄ijs. q̄d intelligit Hosti. cū ē manifestū. vide d b in. iij. pte ti. f. Sz nobili⁹ tēplū dei ⁊ sacrati⁹ est aia rōnalis q̄ se dño dcuouit p castitatē etiā si nō sit vgo. si q̄s inqt apl⁹s. tēplū dei violauerit disp̄det illū de⁹. j. Loꝛ. vj. vñ. xxvij. q.



f. Sciendū est oībus q⁹ deo sacratarū feminarū coꝛpa per votū ꝓprie spōsōis ꝛsecrata eē tēpla scripturarū testimoniis cōꝛobanf. Et iō violatoꝛes earū sacrilegi ⁊ inxta sententiā apl⁹i filij pditionis noscunf. Hinc est illud Greg. Si inter hoies bone fidei ꝛtus nulla solet rōne dissolui: quāto magis pollicitatio ista quā cū deo q̄s pepigit. f. de seruando castitatē ⁊ sine vidicta nō poterit relaxari. xxvij. q. j. Vidua. ⁊. c. ꝓterea ne deueniaf ad illā sacrilegiū. ordinauit eccl̄ia q⁹ clerici nō habitēt cū mulieribus: nec mulieres i domo clericoꝝ nisi stricto gradu q̄sanguinitatis de q̄ nulla possit oīri suspitio. vt. lxxvj. di. c. cū oībus. ⁊ dist. ea. c. Jn oībus. dz solus. f. clericus ad solā nulla religiosis nō pmittit accedere. Adhelius est em̄ duo q⁹ vn⁹. Simul em̄ fidelis ⁊ tuti⁹ res agit. De religiosis etiā dī q⁹ cautela h circa monachos seruet: vt remoti a familiaritate earuz. i. monachi nec vsq; ad vestibulū habeāt accedēdi familiare pmissum Sz neq; abbatē neq; eū q̄ē pfecerit ex eā q̄ pest⁹ vginibus xpi aliq̄d q⁹ ad institutionē eaz ꝑtinet: licebit. nec cū ea sola q̄ pest frequēter loq⁹ eos opz. ꝫ sub testimonio duoꝝ vel triū earū ita vt rara sit accessio ⁊ breuis oino locutio. Hec. xvij. q. ij. in decima. Et in oīb⁹ pene dioceſib⁹ est sinia excōicatiōis lata ꝛ ingredictes monasteria monialiū sine cā necessitatis ꝛ laicos clericos ⁊ religiosos: quā licuit etiā ipse moniales si extra casum ꝛcessum pmittāt intrare. Et q̄diu monasteria se custodiāt ab hmōi familiaritatib⁹: siue cū religiosis siue cū clericis siue cū laicis bñ se hñt ⁊ in bona fama sūt. Si aūt familiaritates sumūt efficiunt⁹ pstibula ⁊ spelūce latronū. Et mirū ē q⁹ cū ꝛsanguinei caz cupiāt eas honestas eē ⁊ castas: dāt eis oēm occasionē in ꝛuiū. Nā ad eas accedūt inuēcule cū ornatib⁹ ⁊ vnitatib⁹ suis. Jbi faciūt ꝛuiuia. ibi loquunf ꝛ facī⁹ domoz suaꝝ. ibi de mīrimonijs ⁊ alijs q̄ nō decēt. ibi aliq̄n tripudiāt. Et q̄ sunt b nisi quedā incitamēta ad eā q̄ sunt mūdi ⁊ exteramēta ꝛcupie. Sicq; obscurata mēs nō itelligit ista tū suū ꝫ cōpaf ꝛ silis efficit iumēt⁹ tradēs se oi ymūdicie. ⁊ sic iumēta nō erubescūt de turpib⁹ actib⁹. ita frōs mereti cis facta ē eis vt nō erubescāt de tantis sacrilegijs. Sz cōter tales q̄ viuūt vt iumēta: moziunf vt iumēta sine intellectu coꝛpa vmib⁹ coꝛrodētib⁹ ⁊ coꝛ aīab⁹ calozib⁹ ⁊ frigoꝛi bus iferni exponīf. Quātū aūt sit piculosū clericoꝝ⁹ religiosoꝝ familiarit⁹ ꝙuersari cū femis etiā spūalib⁹. exēpla habes de epo ysidane ciuitat⁹. q̄ cū recepisset quādā mulierculā i domo ex pietatē sic rapt⁹ erat ad ꝛcupiscētia ei⁹. sup q̄ inde⁹ q̄ posuit se in via ꝛstitut⁹ supueniēte nocte ad dormiēdū i q̄dā tēplo idoloꝝ signo crucis fctō sup se. vidit sa tha exigētē rōnē a cōplicib⁹ suis b malis ad q̄ hoies puocaueīt. Et cū q̄dā ex eis surgēs añ ꝓncipē retulisset quō illū epm ia indurerat ad ꝛcupiscētia illi⁹ femie mirabilit cōmēdat⁹ ⁊ laudat⁹ fuit ⁊ ꝛfortat⁹ vt ꝑficeret ichoata ⁊c. Quib⁹ oīb⁹ visis intimat illi epo ꝙ iuidens penituit pcti sui illā remouēdo ⁊ inde baptizat⁹ ē. bz b in li. diał. Jn le gēda brī ādree hī aliō exēplū de illo epo q̄ erat ita deuot⁹ bea. andree q̄ diabolū in specie mulieris spūalis in domo ⁊ prādio recepat. sz. b. andreas in forma pegrini apparēs deterit malitā ei⁹. Jn vitasparrū etiā hī aliō sile ꝓmo exēplo de q̄dā pie i hereno ꝛstituto q̄ iciderat i fornicationē

Periculosum cū femis cōuersari.

Contra introdictes monasteria.

Sacerdotes viuentes caste dicūf mīstri dei

¶ De filiab⁹ luxurie. c ꝓmo de cecitate mētis. Cap. IX.

# Ost speciel luxurievi

p

dendum est de filiabus eius. quas Grego. in xxxj. moral. ponit esse octo, videlicet,

¶ Cecitatem mentis.
¶ Precipitationem
¶ Inconsiderationem.
¶ Inconstantiam.
¶ Amoꝛem sui.
¶ Odium dei.
¶ Amoꝛem ꝓsentis seculi.
¶ Desperationem vite future.

Si q̄ alie ponunt ab Isidoro vt stultiloquiū: Scurrilitas: Lubrica verba ⁊ hmōi ad pdicta reducunt. Et q̄uis ista pcā noiata oriant ex aliis pctis frequēti⁹ tn̄ ⁊ cōmunius ex luxuria. ⁊ ideo filie ei⁹ dicunt. Et ipa distincte intelligere vt sunt spālia pcā sine adiunctione alteri⁹ difficile ē nisi odiū dei ⁊ desperatio futuri seculi. ⁊ difficili⁹ q̄n sunt peccata mortalia actu ppetrata. Quo autē oriant ex luxuria sic declarat. b. Tho. ñ. ij. q. clij. Ex inferiores potētie vehemēter afficiunt ad sua obiecta ꝓsequēs est vt supiores vires impediant ⁊ deordinent in actib⁹ suis. Pervitiū autē luxurie maxie appetit⁹ inferior. ſ. concupiscibilis: vehemēter intēdit suo obiecto. ſ. delectabili carnis ꝑpter vehementiā delectatiōis. Ideo ꝑ⁹ est vt p luxuriā maxime superiores vires deordinent. ſ. rō ⁊ volūtas. Sūt aūt rōis quattuor actꝰ in agēdis. Prim⁹ est simpler intelligentia q̄ apphēdit aliquē finē vt bonū. ⁊ h̄ actꝰ impedit p luxuriaz. Fm illud Dan. xiij. Lōcupiscētia subvertit cor tuū. ⁊ q̄tuz ad h̄ ponit cecitas mētis filia luxurie. Scōs actꝰ est p̄silii de his q̄ agēda sunt ꝑpter finē. h̄ etiā impedit p luxuriaz. Un Teren. de amore libidinoso ait. Que res nec ꝓsiliū in se nec modū hz vllū ea cōsilio regere nō potes. ⁊ sic ponit filia luxurie precipitatio. Tertiꝰ actus est iudiciū de agēdis. ⁊ hoc impedit p luxuriā. ⁊ sic ponit inconsideratio: ō quo pōt ergoni illud Esa. v. Ops manuū ei⁹ nō consideratis vt. ſ. fm illa iudicetis in agēdis. Quartus est p̄ceptū rōnis de agēdis. ⁊ h̄ impedit p luxuriā: q: impetu ocupiscentie impedit ne exequat q̄ ꝓposuit: ⁊ sic ponit incōstātia. Sap. iiij. Incōstantia ocupiscētie. i. q̄ pcedit ex cōcupiscētia trāsuertit sensum. ſ. de eo q̄ cogitauerat ⁊ deliberaue rat. Volūtatis aūt duplex est actus. Prim⁹ est appetitꝰ finis: ⁊ q̄tū ad hoc deordinat volūtas inordinate appetēdo ⁊ eligēdo delectationē venereā vt finē. ⁊ sic ponitur filia luxurie amor: sui. de quo apls. ij. Timo. iij. Erūt homines seipos amātes ⁊ ita voluptatū amatores magis q̄ dei. Et p oppositū ponit alia filia luxurie q̄ dr odiū dei inq̄tū. ſ. phibz hmōi delectationes. Ps. Dextera tua. ſ. potētie tue inueniat eos q̄ te oderūt. ſ. ad puniēdū. Scōs est appetitus eoz q̄ sunt ad finē. ⁊ q̄tum ad hoc deordinat volūtas per luxuriā. ⁊ sic ponit filia eius amor: psentis seculi. vt. ſ. qs fruat voluptatibus ad placitum. fm q̄ Jaco. dicit. iiij. ca. Qui volueriāt amicus esse huius seculi: inimicus dei cōstituet. Aliud dicitur desperatio futuri seculi. quia. ſ. duz q̄s nimis detinet a carnalibus voluptatib⁹ nō curat sed facti dit venire ad spirituales ⁊ eternas delitias. ad Ephe. iiij. desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie.

Filiax luxurie suficientis.

Duplex actus volūtatis.

## §. I. Prima ergo filia luxurie dr cecitas mentis: que in hoc ꝓsistit cū qs ita mēte deditus est ⁊ occupat⁹ circa mūdana: ⁊ ꝑcipue circa carnalia opa q̄ nescit cogitare de deo eligēdo eū vt vltimū finē suoz operū: nec de aliis spūalibus reb⁹ cogitat: vt dz propter immersionē in carnalibus. Talis vitio tētus dicere valet illud. ps. Lumē oculoz meoz ii: ⁊ ipsum nō est mecuz. Et sicut cecus corporaliter nō pōt illuminari ope nature. q: de ꝑfectione ad habitū nō est regressus: ita ⁊ fortius nec spūaliter. Un ps. Dns illuminat cecos. Et p declaratiōe materie sciēdū q̄ triplex est cecitas mētalis seu spūalis.

¶ Prima cecitas in supernalia nō intuendo.

¶ Secūda cecitas in necessaria nesciēdo.

¶ Tertia cecitas in salutaria nō eligēdo.

Cecitas mētalis.

De prima Sopho. i. Ambulabūt vt ceci: q: dño peccauerūt Greg. Lec⁹ est q̄ lumē supne cōtēplatiōis ignorat. Sz p maiori⁹ bonū declaratiōe dicit. b. Tho. ij. ij. q. xv. q̄ cecitas mētis est priuatio eius q̄ est p̄ncipiuz intellectualis visiōis. Hoc aūt p̄ncipiū est triplex. Unū est lumē rōnis naturalis. de quo ps. Multi dicūt q̄s ostēdit nobis bona que debem⁹ facere. Cui questioni respondēs ait. Signatū est sup nos. i. impressum in pte supiori in aia: lumē vultus tui dne, lumē vultus. i. naturalis rōnis. i. luminosus vultus. Dī aūt rō vult⁹ dei. q: sicut vultū vn⁹ hō ē alt̄is alterius ita p rōnē sum⁹ silēs deo: ⁊ sicut p vultū cognoscim⁹ homine: ita p rōnē cognoscim⁹ q̄d agere debeam⁹. Et cū sit b̄ nature nunq̄ pōt tolli ab aia: ꝛ impedit ab actu ei⁹ aliq̄n ꝑpter defectū in virib⁹ inferioribus. ſ. in imaginatiōe ⁊ fantasia. vt ꝓz in amētib⁹. ⁊ etiā aliq̄n ꝑ opus incātatiōis vt ō prestigijs magoz q̄ faciūt apparere vnū p alio. sicut fecit mag⁹ ⁊ hmōi. Scōm ē lumē habituale supadditū lumini nālis rōnis. ſ. lumē gr̄e: de quo potest itelligi illud ps. In lumine tuo. scz gratie videbim⁹ lumē. ſ. gl̄ie. Et b̄ iterdū ꝓpt aia: ⁊ est pena pcti: sed cōe oi pctō mortali. de q̄ dicitur Sap. ij. Malicia eā illoz excecauit eos. In hoc ius figurā legit q̄ sedechias rex hierl̄m cū fuit captꝰ a nabucho. ſ. fugiēs ab hierl̄m excecat⁹ fuit a nabuch. cōa eo filijs occisis: ⁊ captiu⁹ duct⁹ in babyloniā. iiij. Reg. vl. Sic q̄ capit a diabolo rege babylonie. i. ꝑfusiōis: ꝑ pctm excecat ⁊ ꝑuat lumie gr̄e mortificat filijs bonoz operū: demū ducit captiu⁹ in infernū. Talis q̄ dicere valet. Lumē oculoz meoz nō ē mecū. Tertiū p̄ncipiū visiōis intellectualis est aliq̄s ꝑnū intelligibile vel dicit Aug. p q̄ intelligit alia cui mēs hois pōt intēdere ⁊ nō intēdere. Mō aūt nō intēdat ꝓcedit ex hoc q̄ hz spōtanee volūtatē se auertēte a ꝓsideratione illius p̄ncipij: q̄nq̄ ex h̄ q̄ occupat se circa ea q̄ magis diligit: ⁊ vtroq̄ mō cecitas ista est spāle pctm. ij. pe. ſ. cui ista. ſ. spiritualia intellecta ꝑsto nō sunt cec⁹ est. Et q: vt dī in. iiij. ethi. vnusq̄sq̄ ea in quib⁹ delectat opat er eo q̄ delectatio facit applicare intētionē ad opus: ꝓ ita vo nequaq̄ vel debilr opat. Hinc est q̄ cū delectatiōes vehemeter sint maxie inter delectatiōes corporales: intērio hois p vitiū luxurie q̄ est circa hmōi delectatōes maxie applicat ad corpalia: ⁊ p ꝑ⁹ debilitat opatio mētis circa intelligibilia: ⁊ sic ponit cecitas mētis filia luxurie q̄ excludit cognitōez gustatiuā. ſ. spūaliū bonoz. ꝑ⁹. Supcecidit ignis scz luxurie: ⁊ nō viderūt sole. i. lumē spūaliū bonoz⁹ nō habuerūt. In hui⁹ figurā legit Tob. ij. q̄ cum ex labore fatigat⁹ sedēs deplorarem sterco⁹ hirūdinū cū caderēt sup oculos ei⁹ excecauerūt ipm. Sic euenit aliq̄n q̄ fatigatus bō ex occupatiōibus mūdi dū deplorat circa spūalia ꝓsiderada: ⁊ custodia sui: hirūdines. i. demones q̄ i aere discurrūt sterco⁹ calida. i. suggestiones luxurie fetide inittūt sup oculos mētis que excecāt ⁊ ꝑuāt lumine spirituali. Talis ergo dicere pōt, Lumē oculoz meoz nō est mecum.

Tripler ignorātia crassa affectata et inuincibilis.

## §. II. Secunda est cecitas ignorantie. De q̄ saluator Mat. xv. c. Lec⁹ si ceco ducatū ꝓsteterambo in foueā cadunt. i. si ignorās gubernet ignorantē ⁊ regat. Tripler est autem ignorantia. scilicet.

¶ Ignorantia iuris humanalis.

¶ Ignorantia legis diuinalis.

¶ Ignorantia operis cōtingibilis.

De his pōt intelligi illud ps. lxxxj. Nescierūt quoad p̄mā: nec⁊ intellexerūt quoad scōam: in tenebris ambulāt quoad tertiā. Ignorātia iuris hūanalis est ignorātia legum ⁊ ordinationū que facte sunt ab hoibus ecclasticis vel secularibus: sicut sunt leges canonice facte a ꝓcilijs vel a summis pōtificib⁹ q̄ obligāt oēs catholicos cū fiūt vniuersaliter: vt facte a ꝓlatis inferioribꝰ que obligāt tm̄ subditos ei⁹. Et leges ciuiles facte ab imperatoribꝰ vel etiam a ꝓncipijs ciuitatib⁹ vt sunt statuta. Cū hmōi ligent cū iuste sint in foro ꝓscie ops ꝙ sciank aliter seruari nō possent ⁊ p cipue q̄ pt̄inēt ad mores cōmunes xp̄ianoz: vt cessare ab opibus seruilib⁹ diebus statutis ab eccl̄a iciunare certo tpe audire missam diebus festiuis: semel in anno confiteri ⁊ cōicare ⁊ hmōi. de quibus infra dicēt. Et simil⁹ vbi q̄s mora trahit ꝓinue dz scire leges statuta: ⁊ laudabiles ꝓsuetudines eoz: alꝰ ignorādo q̄si cecus dici pōt: ⁊ nō esse sine culpa. Esa. v. Propterea ductus est captiu⁹ ꝓpl's me⁹ q: nō habuit scientiā. ſ. agendoz. Aug. Nō ois ignorans immunis est a culpa, illis ergo ignosci non poterit qui a

Ignorantia legis diuine.

Ignorantia iuris.

Ignorantia facti quō excusat.



quo discere hab̄etes operā nō dederūt. di. xxxvij. ſ. ſi. Que dā aūt ordinatiōes ⁊ materie q̄ ocurrūt ptic̄ulariter aliq̄s status hominū. vt que pt̄inēt ad administratiōe debitaz sacroz dñt scire curati. Dedici q̄ dirigunt ad eos. Juris/periti q̄ statuunt de eis ⁊ hmōi. alꝰ ista nesciēdo pctm ē. Un Leo pa. Si in laicis intolerabilis est insciti⁹ ꝙ to magis in clericis: nec excusat̄ de digna est nec venia. di. xxxviij. ⁊. ſ. q. iiij. circa fi. vbi agit̄ de ignorantia. Dicit ibi glo. magna ⁊ notabilis q̄ ignorātia iuris canonici siue ciuilis. q̄ si neminē excusat. ⁊ hoc intellige cuz ius tale est q̄d aliqs de facili ꝑ seipsum scire potuit: vel etiā ꝑ alios: nō tn̄ habuit copiā peritoz. ff. de iu. ⁊ fac. igno. l. iuris. Ignorātia legis diuinalis q̄ facit hoiem cecuz spūaliter est nescire q̄ habenē in sacris scripturis ptinētia ad fidē ⁊ bonos mores necessarios ad salutē. Ipsa em̄ scriptura continet q̄s quid pertinet ad ius naturale. Nā illa duo ꝓncipia iuris naturalis. ſ. Quod tibi nō vis fieri: vide ne alteri facias. ⁊ quecūq̄ vultis ut faciāt vobis hoies: vos facite illis. habenē in scriptura sacra. p̄imū est Tobie. iiij. aliud Exod. vij. Decalogus etiā qui est de iure naturali habeē. Exo. xx. Dicit etiā Gratianus. j. q. iiij. circa finē ꝙ ignorātia iuris naturalis oibus adultis damnabilis est. ⁊ de hac intelligitur illud apls. j. ad Cor. xiiij. Ignorās. ſ. q̄ sunt de iure naturali ignorabit⁹ scilz a deo. i. rep: probabit. Et illud Bre. Qui stultus fuit in culpa. i. ignorās. sapiens erit in pena. dist. xxviij. c. Qui ea. Qui ergo perpetraret fornicationē vsurā: symoniā: mēdaciū ⁊ hmōi. ex ignorātia nesciēs esse pctā nō excusat a dānatiōe. Sz vltra hmōi ꝓcepta naturalia pertinēt etiā ad ius diuinū ea que sunt fidei. scz articuli ⁊ sacramēta eccl̄ie que in articulis cōprehenduntur. Quauis em̄ ratio naturalis: nō dicter ista aut docear. tamē dictat ratio naturalis vt credat deo in his que ipse revelat i scripturis que ꝓdicata sunt ⁊ publicata p orbē ⁊ confirmata miraculis. Et si q̄s natus esset in deserto vel in carcere ⁊ nunq̄ que sunt fidei audiret nō excusaret nō credēdo. Et ratio est q: dicunt doc. q̄ talis si nō ponat obstaculum gratie. sed viuat lege nature: diuina gratia nō defereret eū q̄n ei reuelaret credēda: sicut euenit Cornelio Centurioni. Act. x. Tenet ergo q̄libet scire explicite articulos fidei: sicut credere tenet fm̄ Tho. ij. ij. q. j. Ista em̄ pulli ce ꝓdicat⁊ solēnizat eccl̄ia. Et q̄uis quilibet fidelis ex cōgruētia deberet scire symbolū: nō tn̄ est necessariū: nec etiā q̄ sciat ordinate articulos sicut ⁊ ꝓcepta. ꝑ. dūmodo sciat talia esse ꝓcepta impleda ⁊ illa credēda. De ignorātib⁹ igit ista dr̄ inuectiue dicere. ij. Tenētes legē nescierūt me. ⁊ Sapiē. ij. Nescierūt sacra dei. ſ. z vt dicit Greg. in moral. Qui ea q̄ dei sunt nesciūt a dño nesciunt. i. rep: probant. Et Hiero. In his q̄ pt̄inēt ad ius diuinū vt ꝓcepta ⁊ articulos: parū distat a vitio decipe vel decipi posse xp̄ianū. xxj. q. j. Si cupis. Talis ergo dicere pōt: lumē oculoz meoz nō est mecū. Exo. di. j. Reg. v. Decus⁊ claudus nō intrabūt in tēplū dei. ſ. glorie. Decus q̄ ignorat q̄ sunt dei. Claud⁹ q̄ ea sciens nō operat recte. Est ⁊ tertia ignorātia. scz facti. hec nō excusat nisi q̄s det operam rei licite: ⁊ adhibeat sufficientez diligentiā ⁊ intelligenda est sic regula iuris. Ignorātia facti nō iuris excusat. ex de reg. iu. li. vj. Et vt dicat q̄s ꝑbabiliter ignorare vt excusēt di. glo. j. q. iiij. circa fi. q̄ nō req̄rit q̄ sit nimis scrupulosus ⁊ curiosus. Nec q̄ sit nimis negligēs ⁊ dissolut⁹ i inq̄rēdo. ff. de iur. ⁊ fac. igno. l. Nec supina. Si q̄s ergo dat operā rei illicite vñ se quit aliq̄d malū q̄d nescit nō excusat. puta si q̄s ludit ad saxa vel cū gladio ⁊ inde percutit aliquē q̄d nō vidēt: ⁊ sic ignorat nō excusat a pcō. Sicut etiā nō excusat a pcō la medēs. qui occidit sagitta. Layn estimās cū ferā siluestrem ex eo q̄ cecus erat. Unde illicitū erat ei opus venādi licz faceret ꝑpter vtilitatē. ſ. pelliū ꝓ o vestimentis. Nam tūc carnibus nō vescebant. vt. xv. q. j. ſ. obijcit. Sicut etiā nō excusat Loth: cū nesciēs filias esse suas ꝓcubuit cū eis q̄ operā dedit rei illicite, ſ. ebrietati vñ secuta est illa ignorātia. Un Aug. Inebriauerūt loth filie ei⁹ ⁊ se nescienti inuicē scierunt: quare ꝑpter culpā? est nō q̄tū ille incestus ꝙ tū illa ebrietas meretur. xv. q. j. Inebriauerunt. Scōo vt ignorātia facti excuset opz q̄ adhibeat debita diligentia. vñ si q̄s aptādo tectū dom⁹ ꝑiit tegulas fractas i via q̄d in se est opus licitū: ſ. nil dicit nec signū ponit sup h̄ ꝑpt q̄d aliq̄s tranfit iuxta nesciēs op⁹: ⁊ ex regula ab illo pice. cta frangit caput illi nesciēs aliq̄d transire inde certe nō excusaret a culpa nec a pena. vñ nec excusant iudei in facto quo crucifixerūt xp̄m. q: nesciebāt ipm esse xp̄m: nec credūt adhuc venisse messiam: ⁊ hoc q: nō adhibuerūt debitā diligentiā vt dicit Gratia. j. q. iiij. ſ. vl. circa finē. vnd⁹ ipse xp̄s dicebat eis. Scrutamini scripturas: ⁊ ipse sunt q̄ testimoniū ꝓhibent de me. Jo. v. Propterea dicit Esa. vj. Exceca cor ꝓpli hui⁹. i. ꝑmitte. Ista materia ē multū dilatabilis: puta si q̄s accedit ad sacramētū nesciēs. i. nō recordat de aliquo criminali cōmisso: vel sm̄ia quā incurrit: ⁊ sic nō cōfessus ex eo q: nō adhibuit diligentiā ad examinandū sciam nō excusat a pctō. Nota si platus vel paterfamilias nescit crimina manifesta subditoz: q: nō adhibet diligentiā ad inquirēdū: ⁊ sic nō punit: illi pereūt nō excusatur: sicut nec ille nō punies pctā filioz⁹. vñ regula iuris. Nō pōt esse recta excusatio pastoris si lupus oues comedit ⁊ pastor nesciat. cē ō reg. iu. c. Quis. Et q: multa i hmōi ꝑtranx. lō dicere pōt q̄libz Lumē oculoz meoz nō est mecū: ⁊ veniā petere cū eodē ignorātias meas ne memineris. Sciēdū aūt q̄ triplex pōt cōtingere ignorātia i q̄libet p̄dictarū: videlz affectata: crassa: ⁊ inuincibilis. Ignorātia affectata est q̄ qs refugit q̄ dz scire vt liberi⁹ peccet siue remoꝛsu ꝓscie. De q̄ ps. noluit intelligere vt bñ ageret. Et Job. xxj. dixerūt deo. recede a nobis: sciam viaꝝ tuaz⁊ nolum⁹. hec in nullo excusat: imo fm̄ Tho. auget seu potius est spāle pctm̄. Scōo ignorātia siue iuris siue facti ꝑt ex crassa ⁊ supina: z hec est q̄n qs nō recusat scire. imo vellet ſ negligit addiscere ꝑpter labor: ⁊ seu occupatiōes: ⁊ inq̄rere vel legere cū posset. Hec q̄tū ad ea q̄ quis dz scire siue respectu xp̄ianitatis vt ꝓcepta dei ⁊ eccl̄e: seu respectu status vel officij vel exercitij vt religiosus q̄ sunt religionis: seu curat⁹ que pt̄inēt ad curā: aduocatus que pt̄inent ad iura: medic⁹ ad medicinā ⁊ hmōi si nesciat: excusat q̄si dē a tāto ſ nō a toto. i. nō est ita grauepctm̄ sicut si faceret ex certa sciētia. Un Greg. grauius ex infirmitate. i. passione q̄ ignorātia peccat. de pe. di. ij. c. Sciēdū. Quātum ꝙ ad ea q̄ non teneē scire: vt astrologiā: philosophiā: poesim ⁊ hmōi. nō peccat ignorādo: q̄nimmo sunt q̄dā q̄ melius est nescire q̄ scire. vt dicit Aug. dist. xxxvij. c. Quis. vt ea q̄ instigāt ad malū. Et dicit ignorantia crassa ⁊ supina ad similitudinē hois crassi qui nō bñ videt que sunt añ se: nec tn̄ otinue peccat cū manet ista ignorātia: ſ tunc cū debuit vel dz ⁊ negligit hoc agere. Tertia ignorātia est inuincibilis q̄ nullo studio humano vinci pōt: vt est in pueris nō habētib⁹ vsum rōnis: ⁊ amētib⁹: ⁊ hec excusat a toto. Un ea q̄ fiunt a fatuis seu deficientibus vsu rōnis nō imputanē eis ad pctm̄ nec ad penā: nec quoad deum nec quoad mundū: siue illa q̄ faciūt sint ꝓhibita lege diuina vel hoc inciditur: blasphemia: ⁊ hmōi: siue ꝓhibita lege humana: vt nō cōfiteri: non cōmunicare semel in anno ⁊ hmōi. vt. xv. q. j. aliquos. ⁊. c. seqñ. Etiā si ex culpa sua incidisset q̄s in talē amentiā vel furiā: siue ex nimijs iciunijs: vigilijs: siue ex aliq̄ passione amoꝛis vel doloꝛis. Dicit etiā Aug. q̄ cū aliquis dubitat de aliquo facto vel fidē ꝓtrū sit licitū vel nō licitū: ⁊ cōsulit peritos: ⁊ facit q̄d in se est ad inueniendū veritatē si sibi cōsulat ꝓtrariū veritati q̄d ille sequit satis excusat: q: pōt dici in eo ignorantia inuincibilis vt in dubio scisinate: cui debeat adherere in bello dubioso quoad subditos ⁊ hmōi. In his tamē q̄ sūt de iure naturali vel diuino quantūcūq̄ cōsuleret sibi ignoranti a peritissimis contrarium veritati nō excusaret a peccato illud agēdo: quia in hmōi nō potest habere locum ignorantia inuincibilis.

quoad habẽtes vsum rõnis. Qui ergo nesciẽrũt q̃ sunt legis humanalis: neq; intellexerũt q̃ sunt legis diuinalis, i tenebris ambulãt. i. opanẽ ignorates q̃ debẽt scire de contingẽtibus factis in his vt sequit̃ in ps. Mouebunt. i. remouebunt oia fundamenta terre. i. hoies q̃ sunt de terra: fundamẽta. s. spualia edificij virtualis: vt fides. s. ad Eozin. iij. Fundamẽtũ aliꝰ nemo pt ponere pter id qđ positũ est qđ est xps Jesus. i. fides xpi. charitas. Apls ad Eph. iij. In charitate radicati ⁊ fundati. Diero. Fundamẽtũ oium virtutũ hũilitas. his amoꝛ nulla virt' supest. Et iõ ait dominꝰ Esa. xliij. Educ foras ppl'm cecũ: ⁊ oculos habẽtẽ. foras ecclaz militãtẽ ⁊ triũphãtẽ. Educ. i. educes. tu. s. de'.

## §. III. Tertia cecitas est in

Cecitas in eligendo

iuramentū ex oīi pte est licitū tam ex parte iurātis q̄ ex pte recipientis: q̄ etiā ex pte materie sup qua p̄stat: ꝛ tūc absolutio nō est impēdenda: sed cōpellēdus est iurans ad eius obseruationem. de iureiurā. c. ꝛ si xps. Quinimmo nulla causa apparēte intrinseca etiā papa a tali iuramento absoluere nō posset. ꝛ remittit ad notata per eum in. c. q̄to. eo. ti. Ibi aūt ponit talē distinctionē p hmōi declaratione. Aut tale iuramētū fuit p̄stitū p inferiorē in materia spectāti p̄ncipalr ad papā: vt si iurauerūt canonici nō recipere aliquē vltra numerū: ꝛ tūc pōt papa absoluere a tali iuramēto sine causa: q: in tali iuramēto intelligik excepta auctoritate pape, ꝛ sic debet intelligi. c. venientes.

eo.ti.vt ibi notat Hosti. Aut fuit prestitū in alia materia: ⁊ tūc subdiuidit: q; aut in materia cōcernēte dei honorē ⁊ reuerētia: puta fabricādi eccleā: vel intrādi religionē: ⁊ sic hoc nullus pōt remittere sine causa p̄ter deū. Papa eī non pōt remittere obligationē deo quesitā sine causa. vt.xxiij.q.j.manet. ⁊.xxij.q.iiij.si is qui. Et si in hoc papa nō pōt aliū absoluere: multo fortius seipm. Si aūt papa aliū absoluit p̄sumit in dubio absolut' quoad eccleā militārē. Sed si subest iusta causa papa pōt absolucre. vt in.c.si vero.eo.ti. Et est iusta cā si turpitudinē cōtinet iuramentū ex p̄te recipiētis: puta si iurauit soluere vsuras. Est etiā iusta cā ꝓpter scādalū vitādū. vt no.glo. Inno. Vel etiā cum maior vtilitas imminet in cōmutatione: sicut dī etiā de voto. Et nō solū papa in his casib⁹: ⁊ etiā epūs pōterit absoluere sicut ⁊ votū cōmutare. vt dicit Inno.in.c. debitores.e.ti. Sed in hoc est differētia inter papā ⁊ dioc̄esanū: q; in factis magnaꝝ psonaꝝ vel multū dubijs dz recurri ad papā: ⁊ sic pōt intelligi.c.venerabilē. sed i alijs poterit epūs respectu soli⁹ siue diocesis. papa aūt respectu tori⁹ orbis. vt sentit Specu. pōt vel cōmutare vel absoluere. aliūs citra epūm nō pōt q̄ nō hz epalem iurisdictionē: vt puto. Aut iuramentū respicit p̄incipalr cōmodū hois: ⁊ tūc sine cā papa remittere nō pōt: ⁊ cū cā. vt notat Archi. in.c.auctoritatē.xv.q.vj. Iz etiā de cui⁹ cōmodo agit̄ remittere pōt. vt in.c.j.de iureiur. ⁊ de spō.c.ij. Nō ꝓcedit etiā si iuramētū cōcernat vtilitatē vtriusq; ꝓtūs tū. vt q; aliqui iurāt sibijnuicē aliquid facere. vt in dicto.c.ij.de spō. Secus puto vbi q̄s simplr iurat ad cōmodū. nā potent sibi remittere. s. papa sine cā. vt notat Specu. In licitis etiā licz ꝓuenire ꝓpria auctē er iusta causa. nō habita auctē supiozis vrgēte necessitate si nō pōt haberi supior a quo petāt absolutio fm Inno. Circa dispēsationē iuramenti sicut dicit.b. Tho.ij.ij.q.lxxxix. Illud q̄ cadit sub iuramēto ꝓmissorio aliq̄n est pctīn manifeste: vel est maioris boni impeditiuū. ⁊ tale iuramētū dispēsatione nō indiget: ⁊ ꝓpria auctē debet ⁊ pōt ꝓuenire. aliq̄n est dubiū vtrū sit licitū vel illicitū: p̄ficuū vel nociuū: aut simplr vel in aliquo casu. ⁊ in hoc pōt q̄libet epūs dispēsare. Cū aūt ꝓmittit aliq̄d in iuramēto q̄ est manifeste licitū ⁊ vtile: in tali iuramēto nō videt hz locū dispēsatio vel cōmutatio: nisi aliq̄d melⁱ occurrat faciēdi ad cōem vtilitatē: q̄ maxime videt ptinere ad ptātem pape q̄ habet curā vlem eccle. Similiter ⁊ iuramēti absoluta relaxatio q̄ dī dispēsatio. Pōt ergo dispēsari vel cōmutatio fieri in iuramētis sicut in votis. Dec.b.Tho. Nico. sy. dicit q̄ speculator⁹ in ti.de lega. dicit q̄ inferior⁹ a pa. pōt interp̄etari iuramētū q̄n dubitat de ei⁹ validitate. Quod aūt in.c.venerabilē. de elec. videt ꝓuū dici. Rndet duplr istud hz locū: scz q̄ non possit inferior⁹ interp̄etari. Uno modo cū ꝓcedit in arduo negocio ⁊ inter magnas personas. Alio modo q̄n vult dare lniam cōtrauenīēdi sine aliqua cōmutatione in aliud. Et hoc dictū Spe. sequit Anto. in.c.ꝓto. Dic Inno. q; si pōt fm eū dispensare. multo fortius interp̄etari.

Papa et epūs pñt absoluere: sed diffr

Dispēsatio iuramenti

## Secūdus casus est quan

Cū est contra salutem

do iuramētū sine dispēdio salutis eterne seruari nō pōt: ⁊ tūc nulla cōpetit absolutio. Pctīn eī fuit in iurādo: non in ꝓuenīēdo. vt in.c.ꝓto.e.ti.⁊.xxij.q.iiij.p totū. Sed iuramentū etiā q̄ vergit in interitū salutis cor̄palis nō videt seruādū. Quēadmodū eī nō valet seu obligat iuramētū q̄ tēdit in mortē alteri⁹. xxij.q.iiij.c.j.cū quattuor.c. seq. Ita ⁊ fort⁹ nō dz valere si tēdit in mortē ꝓpria. ar.in.c.si nō licz.xxij.q.v. Intelligit tn hoc glo.in.c.si vero. de iure iurā. q̄n directe vergit in mortē. sec⁹ si occasionalr. Ponit exēplū de vltramōtano q̄ iurat mortā fratre suū ꝓpter mē se augusti. nā sic iurās tenet iuramētū seruare. q.d. Etiā si aliq̄n accidat vltramontanis mors ex tali mora. hoc tn nō semp accidit. ⁊ sic nō directe tēdit ad mortē: ⁊ occasionaliter. Sed Jo.an. dicit dictū glo. verū vbi ex imminēti infirmitate vel ex cōplexione iudicat sic iurās moriturus ex tali mora. Et ꝓ hoc dicere q̄ si a peritis medicis dicerētur chartusiensem mortē nō posse euadere aliter nisi per esum carniū q̄ nō obstante voto seu regula deberet carnes comedere. Sicut eī iuramētū nō ligat vbi est periculū mortis: ita nec votū. cū paribꝰ passibus ambulent iuramentū ⁊ votū. vt notat in.c.magne.de voto. Cōcludit ergo glo. sic q̄e habet in dicto.c.si vero. Juramētū nō est seruādū q̄n sine interitu saluꝝ cor̄palis seruari nō pōt. Nic⁹ sy. Idē dicit q̄ iuramētū de redeūdo ad carcere vel de nō fugiēdo carcere obligat: nisi detentio esset iniuriosa. vt scz q; bellū captiuitatis erat iniustū ⁊ cum timeret de periculo persone. xxij.q.v.§.finali.

Juramētū cōtra bonos mores

## Tertius casus est quādo

totū iuramentū seruari pōt sine dispendio salutis eterne. sed est ꝑ bonos mores: tūc etiā nulla req̄rit absolutio. vt in regula. Nō est obligatoriū. de reg.iur.li.vj.⁊ intellige de bonis moꝝ naturalib⁹. Nā de ciuilib⁹ infra dicetur. Ad hoc facit q̄ dī.xxij.q.iiij. Si aliq̄d forte nos incauti⁹ iurare cōtigerit q̄d obseruatū peiorē vergat in exitū. libere illud salubriori cōsilio mutādū nouerimus. Ubi notat Archi. post Guil. q̄ iuramētū vergit in peiorē exitū sex modis. Primus est q̄ dictus est in secō. cū scz iurat q̄d est mortale. Secūs q̄n iurat q̄d est veniale. vt iurādo comedere vel bibere plus q̄ deberet. Et q̄uis nō debeat illud seruare: non tn peccaret mortaliter si seruaret. put dixit Hug. sed tn̄ venialr fm Guil. Tertius modus est q̄n iurat aliquid q̄d est ex se indifferēs: tn̄ ex circūstātia efficit̄ venialē. Ponit exēplū Archidia. de eo q̄ iurat nō negociari vel nō accipe mutuū: ⁊ hmōi. si talis venit ad casum in quo nō pōt aliter viuere nisi negocier vel mutuū accipiat nisi veniat ꝑ iuramentū fuisset temerariū. ex ideo ꝓpria auctē frāgēdū. Archi. tn̄ dicit hic querēdā absolutionē a iuramē to illo. q̄d ꝓcipue videt dicendū cum posset viuere sine hmōi: ⁊ nō cōmode. Quartus modus est q̄n iuramētū excludit opus necessitatis. vt cū iurat q̄ nō dabit indigēti. Nō eī est verisimile q̄ de⁹ acceptet talia iuramēta cū ipe ꝓcipiat opa charitatis exerceri. ⁊ nō dz iuramētū esse vinculū iniquitatis. xxij.q.iiij. inter cetera. Quintus modus est cū excludit op⁹ de q̄e bono: vt cū q̄s iurat q̄ nunq̄ erit clericus vel monach⁹ vel epūs. Cōtrariū tn̄ sentit glo. xxij.q.iiij.c.innocēs. ⁊ Hugo ⁊ Gratia. vident hoc sentire. ⁊.ii.xxij.q.iiij. Sed Archid. post.b.Tho.ij.ij.q.lxxxix. sentit ꝓuū. s. q̄ ꝓpria auctē pōt ꝓuenire. nec ob. ter. c. Archi. vel fm aliā ſram incipit ſfloꝛētinū. di. lxxv. vbi ꝓpter tale iuramentū q̄s phibet ꝓmoueri ad epatū: q; illud nō fuit ex eo q̄ esset obligatoriū. § q; temerariū mortaliter peccādo in iurādo. Primū placet q̄n vult ꝓuenire ꝓpter bonum publicū. Sed q̄n vult venire ꝑ ꝓpter bonū p̄uatū. Sextus modus est q̄n excludit op⁹ indifferēs pia intētione ꝑ deo aut ꝓximo faciendū. vt si q̄s iurat q̄ nō loquet alicui. vel q̄ nō intrabit domū ei⁹ vel q̄d simile. Non eī tenet talis ad obseruātiā talis iuramēti si vult ꝓuū facere pia intētioe ꝓpter deū vel ꝓpter ꝓximū. Ex his decidit questio q̄ fit cū q̄s iurat de nō fideiubēdo vtrū valeat. Et Lau. tenuit q̄ sic. q; sicut q̄s pōt iurare ꝓ vtilitate ꝓximi ita ⁊ ꝓ sua. vt recitat Archi. in.c.nō est.xxij.q.j. Sed Jo. an. dī. q̄ vbi sal⁹ ꝓximi ꝓclitaret nisi fideiuberet nō tenet ad obseruātiā ei⁹. q; iuramētū nō extēdit ad hūc casum in excogitatū. Sed etsi excogitauit tūc hūc casum iuramentū fuit temerariū. ⁊ ꝓ his nō seruādū. Ego ꝓ indubitato habeo hoc dictū. Et plus sentio q̄ etiā vbi sal⁹ ꝓximi nō ꝓclitaret si vere ꝓxim⁹ indiget nō obligat ad obseruātiā ei⁹. q; ex ꝓcepto tenemur diligere ꝓximos sicut nosipos. Et q̄uis cū ꝓxim⁹ nō ita indigeat tali fideiussiōe q̄ ꝓclitaret ex hoc salus ſua. ⁊ ꝓ his q̄ sic iurauit non teneat ex ꝓcepto fideiubere: sicut nec dare elemosynā. fm beatū tho.ij.ij.q.xxij.tn̄ est de cōsilio. ⁊ ideo seruatū illud iuramentū peiorē vergit in exitū. vnde non obligatur. Et idē per oīa puto q̄n quis iurauit nō mutuare pecuniā eadem ratione. Ex his pñt decidi multe similes questiones.

Juramētū factū in ira

## Quartus casus est quan

do iuramentū ꝓcessit ex cā iracūdie: posset tn̄ seruari sine dispēdio alie. Et remittit ꝓ declaratione hui⁹ ad notata ꝑ eū in.c.ficut ex lr̄is. ibi sic dicit. Jo.an. di. q̄ iuramētū de quo agit̄ in illo.c.ficut. videlicet q̄ q̄dā monach⁹ ex iracūdia iurauit cū fuisset absolutus a priore ꝓ nunq̄ rediret ad claustrū: nō obligat illum: etiā si nō fuisset ꝓfessus ex quo sic temerarie iurat ⁊ caloꝛe iracūdie. Secus si ex cā ⁊ cū deliberatione. Do. Anto. putat q̄ si caloꝛ iracūdie fuit tātus q̄ illud deliberate nō iurasset: tale iuramētū nō est obligatoriū: q; hmōi voluntas nō est discreta: vel si est de facili ꝑ epm̄ est cōmutāda. Et remittit ad summā Ray. in.c.de iuramēto. Sed Jo.an. in.c.dudū. de cōmo. dicit glo. super. d.c. tenētē q̄ votū emissum caloꝛe iracundie nō obligat hz veritatē q̄n est talis ⁊ tāta turbatio q̄ sapit quādā mēris alienatione ex multo furoꝛe. aliⁿs votū ex ira cūdia obligat: q; ea que in se sunt bona nō indiget deliberatione. ⁊ sic idē erit dicēdū de iuramētis. Quod tn̄ dicit Jo.an. q̄ nō req̄rit deliberatio intelligentiā voluntatis sicut in dubijs fit hec subita fieri pōt: ⁊ hec saltē req̄rit ⁊ sufficit. Nā fm Tho. ij.ij.q. lxxxviij. deliberatio req̄rit de necessitate ex parte q̄ vt ꝓ ex ei⁹ diffinitione. ⁊ sic credit Jo. an. intellexisse vt alibi dicit. Cōcludit q̄ iuramentū ex abrupto factū nō obligat: q; nō hz in se cōsensum. tn̄ poterit peti absolutio ad cautelā que de facili est indulgēda. Dec Nico. sy. q̄d ꝓcipue fidēi est cū dubitat fi habuerit consensum seu deliberationē. Itē nota q̄ cū q̄s iurat tenere hostagia seu hospitia i certo loco: nec habet ibi q̄d comedat vel vnde soluat: vtrū ne teneat̄ impleꝛe. dicit ad hoc Hosti. q̄ si tpe obligationis erat nō soluēdo: tenet̄ seruare iuramētū: q; ad hoc videt̄ se obligasse: ⁊ vicū querat mansiones suis vel mēdicādo. Sed si laborare nō posset ⁊ mē dicādo nō sufficiēter inueniret nō tenet̄ vltra posse. de re. iur. c. nemo. Sed si tpe obligationis erat soluēdo: ⁊ postea deuenit ad paupertatē: tūc distīguēdū est: q; si est talis q̄ possit mēdicare sine verecūdia dico idē q̄d pī⁹. ar. xxij. di. c. diaconi. Et rō pōt esse: q; videt intēdisse obligare se ad hoc. Sed si est nobilis ⁊ in dignitate tūc subuenendū est ei iuris bñficio. ex de iureiu. c. querelā. Et q̄uis nō faciat ad ꝓpositū materie hui⁹. §. nisi cū fieret iuramētū hoc i iracūdia: ⁊ tūc fm predicta decidēdū. tamē verū est.

Juramētū dolose extorsum

## Quintus casus est quan

do iuramētū est dolo aduersarij extorsū: ⁊ tūc cōsiderādū si ꝑctus sup quo ꝓstat est talis reꝓbat⁹ fauoꝛe ipsi⁹ iurātis: ⁊ tūc tale iuramētū nō est obligatoriū. casus est in.c.cū cōtingat. a ꝓio lre. Nā ibi dz q̄ mulier q̄ cōsentit alienationi rei dotalis: ⁊ iurauit nō ꝓuenire. vbi nō fuit̄ q̄ erit dolus nec met⁹ nō est audiēda. s. quoad relaxationē iuramēti vel annullationis ꝑctus. ergo si interuenit dolus sec⁹. Nā tex. excipit dolū. ⁊ sic etiā in.c.ij.de pac.li.vj.⁊.c. licz.e.ti.⁊ li.⁊ in auk. sacra impuberū. Et idē dicēdū cū interuenit metus. Ex quo ēt talia iuramēta ꝑ legē sunt nō ligāt nisi fint volūtaria oīno. q̄d etiā tenet Bar. Jfateoꝛ tn̄ q̄ in his casib⁹ tuti⁹ erit ⁊ si petāt absolutio vt sentiūt multi doctoꝛes. Sed ꝓmū verⁱ ⁊ notabiliⁿ. Si vo iuramētū non venit ꝑ dispositū a iure ⁊ interuenit dolus: tūc subdistīguo: q; aut tal⁹ est dolus q̄ ercipit mēte iurātis. puta cessante dolo nullo modo se obligasset: ⁊ tūc iuramētū non ligat: ⁊ pōt ꝓuenire nulla petita absolutione. ar. p id q̄d no. Jo. an. in.c.vnico. de cōmo. Et sic intelligit Jfrede. cōsilio. cxciij. vbi hoc expresse sentit ponēdo terminos in minore. xxv. annis. ⁊ in muliere seducta a fribus hereditati paterne renūciādo q̄ valebat lōge plus q̄ habuit in dote: q̄d est notādū ꝓ limitatione capti scōi, de pac. li. vj. scz

Juramētū ex metu factū

## Sextus casus est quādo

iuramētū cōtinet turpitudinē ex ꝓte recipiētis: ⁊ maxime cōcurrēte turpitudine ex ꝓte materie sup qua ꝓstat: sed ex ꝓte iurātis nullū imminet pctīn iurāti: ⁊ tūc iuramētū obligat: § pōt peti absolutio nō obstāte ꝓdictione aduersarij. Et ista est ꝓpria casus capi. s. ⁊.c. debitores. eo. ti. Et ꝓ isto casum pōt decidi q̄d dicendū sit in filiofamilias renūciāte macedoniano: ⁊ iurāte nō ꝓuenire. Et Bar. in dicta. l. si q̄s. decidit q̄ iuramētū obligat: sed petāt absolutio. Sed Jo. an. post Jaco. de bel. plus sentit: scz q̄ iuramētū nō obligeꝛ: q; cōtra bonos moꝛes. Itē q; iuramētū reꝓbat nō solū cū cōtinet in se pctīn: sed etiā q̄n potest esse occasio pctī. ar. c. cū ab oīni. de vita ⁊ ho. cle. Et nota fm beatū Tho. ij.ij.q. lxxxix. q̄ votū est magis obligatoriū q̄ iuramētū ex sui ratione. ⁊ ratione hui⁹ habes. ꝑ. de voto. ibi vide. Et q; maior⁹ est obligatio voti q̄ iuramēti: hinc est q̄ si q̄s voueat castitatē: etiā simplr: si postea iurat alicui mulieri q̄ ducet ea in vꝛoꝛē debet potius votū seruare q̄ iuramētū. ⁊ ad hoc tenet̄ al⁹ peccaret mortaliter.

Et quod dicit Gratianus.xxij.q.iij.§. vnde datur. q talis non phibetur seruare iuramentū. illud falsum est nec tenendum ſm Bonauē.in.iij. ⁊ glo.in dicto.c.

## Septimus casus est quā

Juramē tū prestī tū cōtra legem

do nulla alia turpitudo est nisi quia est prestitum contra legē. Et in hoc distingue. Aut em̄ lex resistit in fauorē rei publice principalr: ⁊ tūc nō est necessaria absolutio: q. iuramētū illud nō valuit. vt in.c.ſi diligenti. de fo.cōpe. Aut principalr in fauorē iurātis: liez secidario in fauorē publi cū. vt in muliere ⁊ in minore: ⁊ tūc sumus ꝑparie casu.c. cū cōtingat. ⁊.c.ij. de pac.lib.vj. ⁊ in aut. sacra ipuberū. Et puto q in hoc absolutio sit denegāda. Primo facit ad hoc regula ḡnalis q iuramētū est seruādū. qđ seruari pōt sine periculo aie. Itē nulla hic repit turpitudo. Nā ex quo lex puidit fauorē psone: ⁊ talis psona iuramēto renunciat iuri suo: nulla turpitudo repit in ꝑsente. Nā lex dei nō hꝫ ꝑ turpi q seruet iuramētū. Nec ex ꝑte ꝑsentis pōt argui dolus: vel aliqua alia deceptio. nec materia de se est turpis. ⁊ sic sum⁹ extra terminos. c. debitor. es. ⁊.c.j. eo.ti. Jbi em̄ repit turpitudo ex pte recipiētis. ⁊ materia etiā in se est turpis seu ꝓhibita. ⁊ si qua culpa inuenit satis puniť in retractatione actus iuramento nō accedēte. Nec in hoc videť dictū ſfrede. ꝓbabile q sc̄s fiat absolutio: q. ꝛctū est cōtra legē vel statutū. Nā si hoc esset verū de facili euacuareť diſpositio. c. cū cōtingat. ⁊.c.ij. de pac. lib.vj. ⁊ aut. sacramēta. ⁊ in ſimilibus petēdo absolutionē a iuramēto. Nec est verisimile in aliquo istoz iuriū que emanauerūt ita solēniter q̄ nulla fuisset facta mentio de absolutione a iuramento sicut fit in.c. verū. ⁊ in.c.j. eo.ti. Nec obstat si dicať q turpitudo est ex pte recipiētis in eo q cōtra legē vel statuto diſpositū contraxit. Diſponit em̄ in fauorē psone principalr: cui fauori ꝑparie renūciat: ⁊ sic nulla turpitudo. Ex solo ergo cōtractu contra legē edito in fauorē psone nō ꝓsumiť dolus. Pactū ergo ꝑi factū a filia dū nuptui traderetť q dote cōtenta nullū ad paterna bona regressum haberet: ḡuis improbet lex ciuilis: tñ si firmatū sit iuramēto hoc pactū nō vi nec dolo prestiti debet seruari. put dī in.c. ḡuis. de pac. li.vj. Similiter dos ⁊ donatio ꝑpter nuptias. etsi alienari nō possit etiā cōsentiēte vxore. vt dī. ff. de fundo do. l. lex iulia. nec valet talis alienatio. tamē si vxor iurat nō cōtrauenire valet. vt de iureiuran. c. cū cōtingat. ⁊ de pac. c. ḡuis. lib.vj.

## Octauus casus est quan

Juramē tū lesiuū

do retētis terminis supadictis eo q statuto resistēte contrahitur. ⁊ daſ lesio in cōtractu. vel datur lesio vltra dimidiū iusti ꝓcij statuto non resistente. vt in.c. cū dilecti. de emp. ⁊ ven. Nūquid tūc poterit peti absolutio a iuramēto. Et dico q aut lesio est modica: ⁊ tūc nō pōt peti: quia ꝑ modica lesione iura nō curāt dare remedia ſpālia. Ad hoc.c. abbas. extra de his que vi metuſve causa fūt. Aut lesio fuit enormis: ⁊ tūc si iuramentū fuit simplr prestitū de nō veniendo cōtra: audieť allegādo enormē lesionē: q in tali enormi lesione ꝓsumit dolus. l. qui testiū. C. de ꝓba. Nō em̄ ꝓsumit iurās hūc casum cogitasse. ar. eoz que notant. ea. ti. c. quintaullis. ⁊.c. veniens. co. ti. Itē q iura cōiter excipiūt dolū a talibus iuramētis. Sed paria sunt q dolus intercueniat ex ꝓposito vel re ipsa. l. si qs. ff. de ver. obli. Et hec videnť vera nō solū si verba vel iramenta sunt indefinita. sed etiā si sunt ḡnalia: vt si iuramit q nō veniet cōtra vlla ratione vel causa. Si aūt sunt verba magis ſpecifica ⁊ lata: vt q. apte videanť excludere remedia: q. sc̄s iurat nō venire cōtra ratione enormis lesionis: tūc si verba excludūt vnū remediū tñ poterit habere recursum ad aliud. vt si iurat non ꝛuenire ratione minoris eratis poterit ꝛuenire tanq̄ maioris. Sed si excludit oia remedia: vt q. iurat nō ꝛuenire vlla ratione. nec tanq̄ maior; nec tanq̄ minor. tūc tenet glo. dñi Anto. in minore quoad enormē lesionē nō valere contractū ⁊ iuramentū. sed poterit petere absolutionē a iuramēto q̄tūcunq; iuret nō ꝛuenire ratione enormissime lesionis. Et ſm Bar. etiā si minor iuraret. q si plus valet q̄ vēdit. dat ⁊ donat ꝛhenti secū: q. cū fraus ꝓsumať ex pte recipiētis iura canonica nō assistunt talibus iuramentis. Itē si iuraret oia illa vēdita esse ad verū ꝓciū rei. q. cū cōstat de opposito talia pñt revocari: q. iuramentū illud censeť prestitū sub cōditia q illud sit iustū ꝓciū de quo est cōuentū. vnde cōstito de ꝛrio nō erit periurus ꝛueniendo. ꝛrij. q.ij. brūs. In maiou aūt ꝛctus manebit validus iuramento firmatus ſm Anto. Sed Nico. sy. putat q etiam maior poterit ꝛuenire lesione data enormissima q̄tūcunq; illa verba iurata fuerint late concepta: q. notarij illa apponere solent ad maiorē validitatē ꝛctuū. tamē ꝛhētes putāt illud esse verū ꝓciū rei: nec in aliquo decipi. vñ pñt ꝛuenire saltē petēdo absolutionē. ⁊ hoc nisi appareat ex aliquib⁹ circūstātijs vere voluisse ꝛhentē illud donare in quo lesus est. Cū ergo notarij ⁊ ꝛhentes soleāt cautelā ponere verba valde lata excludētia oia remedia. nō videť illos p talia verba ḡnalia voluisse pati enormissimā lesionē. sed potius fuisse passos illa verba apponi ad seruādū notarioꝝ consuetudinē. Et idē videť ſsenſſe do. Anto. in.c. quintaullis. vbi dī se de facto cōsuluisse q̄ q̄tūcunq; verba late cōcipiāt in psonas arbitroꝝ: vt puta q possint de iure vnius dare alteri in totū vel in partē ⁊c. q. nihilominus enormiter lesus poterit ꝛuenire. licz non appareat de dolo ex ꝓposito: sed ex re tm̄. q. talia verba effuso sermone ꝓlata videnť sub quadā cōfidētia persone ⁊ amicitie arbitrorū vt capiāt benivolentiā eoꝝ ad nō ledendū. Et idem tenuit diſputando ꝑe. de ancho. licz multi cōtra hoc sentiant. Unde hoc nō est ſine dubio Nico. sy.

## Nonus casus est quādo

Juramē tū turpis tudinis

turpitudo reperiť ex parte recipiētis iuramentū: ita q̄ locus est petitionis absolutionis. sed iurās anteq̄ absolvetur incidit in periurij. nūquid poterit absolutionē petere a iuramēto: sicut ante petisset q̄ incidisset in periurij. Et remittit ꝑ declarationē hui⁹ ad notata ꝑ eū in.c.j. eo. ti. Jbi aūt facit talē distinctionē. Quia cū hoc petit: aut iam est elapsus terminus solutionis: ⁊ tūc nō debet audiri petēs absolutionē a iuramēto cū iam incidert in periurij. q. frustra postulat legis auxiliū q̄ cōmittit in legē. vt de vsuris. c. quia frustra. Et hoc ſsenſit ſfrede. in conſilio. cclxxviij. ⁊ hoc ne pseueret in periurio: sed debet soluere vsuras ⁊ post ea repetere. vt in.c. debitores. eē de iureiurā. Aut non est elapsus terminus: sed mora cōmittitur ex sola interpellatione: ⁊ sic insſtāte termino solutionis nō pōt peti relaxatio a iuramēto: ne in termino incidat in periurium ſm Joan. Solū ergo pōt petere hmōi relaxationē anteq̄ cōstituatur in mora soluēdi. Nico. sy. Dñs Anto. illud qđ dicit ſfrede. s. sc̄s q̄ qui incidit in periurium nō debet audiri petēs ab eo relaxationē asserit sibi nō placere: q. iurans erat obligatus ad duo. s. ad soluēdū in termino: ⁊ ad soluēdū ſimplr. ⁊ q. non solut in termino incidit in periurium. sed quatinus remanet obligatus post terminū potest petere absolutionē. qđ Nico. sy. putat verū si petendo absolutionē nō perseueraret in ꝑcō: tūc possit petere absolutionē etiā post terminū licz inciderit in periurium: ⁊ de quo puta sibi imponēda est: ita q̄ secus si pseueret in ꝑcō cogendus est vt q̄citius liberet a ꝑcō. Utrū aūt sit vocāda ps aduersa cū petit q̄s sibi relaxari iuramentū factū ad instantiā ipsius. Nico. sy. dicit q vbicūq; iuramētū est obligatorium ex pte obligāris ⁊ aliquā vtilitatē cōtiner ex parte recipiētis nunq̄ debet relaxari nisi vocata pte. Ratio huius cōclusionis est: q. ex quo ꝑ absolutionis actū ꝓiudiciū irrogat pti in eo q̄ sibi vtilitas amittiť debet ps vocari. q. nil fieri debet in ꝓiudiciū absentis. c. j. extra de causa pos. ⁊ si aliter fiat absolutio non valet. ⁊ hoc verum nisi

Utrū pos sit relaxa ri pte ad uersa abs sente



notorie cōstet iuramentū cōtinere turpitudinē ex pte recipiētis: ita q̄ pti absenti certū sit nullā defensionē cōpetere in hoc. Nā puto valere absolutionē etiā pte nō vocata. Nam si hoc casu valeret sua ſuper principali vbi agit de maiori ꝓiudicio forti⁹ valebit absolutio vbi nō agit de tāto. ad hoc. c. bone. de elec. Si ergo q̄sto iuramēti est cōra eo ⁊ notorie cōstet de illi⁹ turpitudine ab illo iuramēto absoluere poterit ꝑte non vocata. Sed si non cōstat manifeste de turpitudine: vt q. nō cōstat q̄ iurauit solue re vsuras: puta q. ꝛctus erat sub forma licita cōceptus: ⁊ sic nō poterit cōstare de turpitudine ante finē termini: vel ꝑpter absentiā ptis: vel q. terminus instabat: tūc nō fiet absolutio ꝑte non vocata. vt in.c. debitores. co. ti. Jo. an. ſfrede. ⁊ Lar. dicūt in hmōi parte vocandā cum agat de eius ꝓiudicio. Dñs Anto. dicit q̄ si est tāta turpitudo ex parte recipiētis iuramētū q̄ nulla ei acquirat actio nec ꝛctus iuramēto firmat nō est necesse ꝑte vocari: q. nullū interesse pōt ꝓtendere. Sed ꝓsupposito q debeat pars vocari si tñ fiat absolutio parte non vocata tenet absolutio: sicut dicitur de absolutione ab excōmunicatione.

## Decimus casus est quan

Juramē tū non re petendi

do q̄s iurat non repetere q̄d alter turpiter recepit: puta p vsurā vel p metū: ⁊ iurat etiā super his nullā querimoniā deponere. Ꝓto hui⁹ declarationē remittit ad notata p eū in.c.ſ.c.ti. Jbi aūt ſic dicit distinguēdo. Quia vic⁹ aut ad huc nō soluit q̄d iurauit: aut iā soluit. Et i ꝓmo casu sub distingue: q. aut iurauit ſimplr. i. solū hoc sc̄z soluere vsuras: aut iurauit nō solū soluere: ⁊ etiā nullā sup hoc querimoniā mouere: nec etiā iudici denūciare. Et i ꝓmo casu hꝫ plura remedia talr iurans. Et ꝓmū est facile. ſ. vt soluat: ⁊ tūc ſpleat iuramentū ⁊ postea repetat. vt in.c. debitores. e. ti. Scdm remediū est vt petat creditorē cōpelli ad relaxationē iuramēti. vt i isto. c. j. e. ti. Et b verū nisi instaret termin⁹ solutionis: ita q̄ ex mora incideret in ꝑiurij. tūc em̄ nō audireť: ⁊ ꝓi⁹ soluat ⁊ postea repetat. Tertiū remediū est vt petat debitor absolutionē ab epo. Sed dubiū est vtrū istud remediū sit p se subsidiū. i. q̄ etiā nō seruato scdo remedio possit absoluere epc: aut sit subsidiū subsidiarij. i. q̄ ꝓi⁹ cogant creditores ad relaxādū ⁊ i casu quo nō possint ad ꝺ induci: tūc epc⁹ absoluat. ⁊ Jnno. videť velle b scdm. ſ. q. sit subsidiū subsidiarij: cui assentit Jo. an. Sed Anto. tenet ꝺm. ſ. q. sit subsidiū p se. ⁊ hoc magis placet Nico. sy. Et rō est ſm eū: q. si epc⁹ absolvit a iuramēto metu prestito: nec est necesse recurrere ad iuramēta recipiens. vt in.c. ad aures. eē de his q̄ vi metuſve cā fūt. ergo multo forti⁹ in casu nro. ſa iuramēto facto p solutiōe vsuraꝝ. Quartū remediū est vt debitor cōueň rōe iuramēti excipiat q̄ nō ꝺs cogi ad obseruātiā iuramēti cū ipe creditor teneat ꝑpter turpitudinē suā illud relaxare: ⁊ sic illud relaxari petit. hoc tamē facere ꝺs ante terminū elapſum ꝓmiſſionis sue. Quintū remediū est vt iudex ex officio suo cōpellat creditorē desistere ab exactiōe vsuraꝝ.

Jurans nullam questio nem face re

Jn scdo aūt casu cū. ſ. iurat soluere ⁊ nullā q̄stionē sup b mouere: dico q hꝫ iste ꝓmū remediū dictū. ſ. vt soluat ⁊ postea repetat. nā nō iurat nō repetere. Et b iuramētū stricte est intelligēdū. vt in.c. ad audiētiā. que vi metuſve cā fiūt. Scdm remediū vt denūciet ecclie. nā nullū iuramētū pōt obligare quin possit q̄s denūciare crimino suū eccliē. vt in.c. quēadmodū. e. ti. ds tñ denūciās fundare se sup salute ꝓmi ⁊ nō sup interesse suo ꝓpriū: q. tūc obstaret illi iuramēto. Sed do. Anto. dicit q̄ pōt venire iste denūciās: aut ꝑ viā denūciationis euāgelice: ⁊ tūc hꝫ seruare pr⁹ monitionē ipsi⁹. ij. q. j. si peccauerit. Aut ꝑ viā cuiuscūq; intimationis: vt iudex aut saltē ꝛ correctionē peti. ⁊ in b nō credit monitionē necessariā. ar. ad predicta c. ij. de spō. ⁊ tūc etiā videtur q̄ possit intēdere ꝓpriū interesse suū. Tertiū remediū est de iuramēto. ſ. q. faciat se absoluere absq̄ hoc q̄ faciat citare creditorē suū. quod placet Jo. an. Sed hoc nō videť Nico. sy. q: videť hoc implicite querelā cōtinere quā iurauit nō facere. Quartū remediū est vt iudex ex officio suo cōpellat creditorē iuramēti relaxare vel nō ab exactione desistere. Quātū ad scdm principale. i. si iā soluit: pōt repetere. Sed si iurauit nō repetere ac etiā nullā ḡrelā ponere nisi denūciare: sem per remanet ibi via denūciādi que per iuramētū excludi nō pōt. Itē alia via est vt iudex ex officio suo cōpellat ad restituendū etiā si nulla ponať sibi ḡrela de b dūmodo ei cōstet. Nota etiā ſm Nico. sy. super. c. puenit. q̄ si ꝓlat⁹ metu iurat sup reb⁹ alienatis nō repetēdis. distinguēdū est: q. si sup rebus ꝑpūis ⁊ vbi est dānū ei⁹ precise non ꝺs ꝛuenire nisi ꝓi⁹? habita relaxatione vel absolutione: q̄n vi delicet cōstat notabilr dānificar⁹: ⁊ vbi agit ꝙ q̄s absoluat a iuramēto: ops ꝙ adeat iudex eccl̄asticus ꝙ hoc q̄d notat Jnno. in.c. debitores. e. ti. Si aūt agit vt turpiter recipiēs cogat relaxare iuramētū. poterit hāc compulſionē facere etiā iudex secularis. vt no. ſfrede. consilio. cclxiij. ⁊ hoc q̄n nō dubitať de turpitudine recipiētis. Sed si dubitaret de iurib⁹ iuramēti: tūc ꝺs adiri iudex eccl̄asticus. Si aūt iurauit sup reb⁹ eccl̄ie: tūc eccl̄ia si est dānificata etiā si mer⁹ nō interuenisset nō videť obligator: ij. Jnno. tñ dicit q si hoc egit violētia ⁊ dolo in dānū eccl̄e absoluit ꝓius vt repetere possit. vt in.c. ſi vero. e. ti. Si nō per violētia vel dolū: tūc supio: facier absolui ꝓlatū q̄ iurauit: vel dabit curatoꝛ bonis eccl̄esie vt repetat res eccl̄esie: ⁊ ille nō venīat cōtra iuramētū. Sed Nico. sy. dicit ſimplr q̄ non est obligator. ij. vñ ⁊ ꝑm ꝓlatū q̄ sic iurauit absq̄ eo q. petat absolutionē: pōt reperere siue p se siue p aliū: q. iuramētū nō pōt esse vinculū iniquitatis ⁊c. Itē ſuper. c. ex re ſcripto. e. ti. dicit Nico. sy. q. monachus p vtilitate monasterij se obligare vtiliter pōt etiā cū iuramento. Et cū hoc facit cū cōsensu abbatis q. vtilitate monasterij etiā ciuiliter pōt obligari: q. eoꝝ cōsensus vt volūtas dependet ex volūtate abbatis. vt in.c. ſi religiosus. de elec. li. vj. Sine cōsensu aūt abbatis nec ciuiliter nec naturalr obligat ex pmiſſo: q. ius resistit huic obligationi: vt in.c. nō dicatis. ꝛij. q. j. Itē in obligatione monachi sine cōsensu abbatis nō pōt accedere fideiusſo. l. j. ⁊.ij. ff. de fideiuſſo. Itē non improbat q̄ clerici etiā religioſi iurāt super cōtractu obseruādo. Itē nota q. iurās laicus etiā tanq̄ fideiusſor: super cōtractu potest coram iudice eccl̄iastico cōueniri. vt in.c. ſi de foro cōpe. lib.vj. Hec omnia Nico. sy.

## §. I. De cōmutatione iura

mēti. Jn.c. pueniť. ij. ſummatim dī q̄ nō deberat q̄ iuramēti cōplemētū in melius cōmutat. Circa cui⁹ declarationē Nico. sy. ibi sic distinguit. Aut iuramēti implemētū cōcernit honorē dei: aut vtiliratem ꝓximi. Et in ꝓmo casu si illud in q̄ vult cōmutare est dubiū vtrū sit maⁱ⁹ bonū re quirit⁹ sup hoc auctas supioris ſm Anto. in cōmutatiōe. Itē etiā si illud est maⁱ⁹ bonū manifeste ⁊ euidēter: si obseruatio ei⁹? qđ iurauit nō ꝑdit vel ꝑturbat maⁱ⁹ bonū. puta q. iurauit ire ac sctm anto. ⁊ nūc intēdit ire ad sepulcrū. pōt em̄ iplere ꝓmū: ⁊ postea ad sepulcrū ire. vñ ⁊ tali cōmutatiōe si vellet ꝓmū. i. scdm cōmutare requirit auctoritas supioris saltē epi. Nā sicut epc⁹ pōt votū cōmutare: ita ⁊ iuramētū. vt no. Jnno. in.c. debitores. c. ti. Si aūt nō pōt seruari iuramētū sine ꝑturbatiōe vel desertiōe maioris boni: tūc ꝓpria auctē cōmutare pōt ſm Anto. puta si iurauit ire ad sepulcrū vel ꝺhere matrimoniū cū aliqua ꝓpria auctē: pp̄t ꝛuenire intrādo religionē. q. ipēdit ꝑ talī obsequio ꝑpetuā dño seruiturē. ar. de voto. c. ſcripture. Jn scdo aūt casu cū. ſ. iuramētū cōcernit vtiliratē ꝓiuatā. dico q̄ sine cōsensu illi⁹ cui ꝓmissū fuit etiā i meli⁹ cōmutari nō pōt. Nec ꝑdest in b supioris auctas. ex b q̄ notatur eo ti. c. q̄to. ⁊ Jnno. in. c. cū inter. de renū. Ꝓto quo facit: q. debitor: nō pōt vnā rē etiā melioꝛē ꝑ alia soluere inuito creditore. vt insti. qui. mo. tol. obli. in ꝓncipio.

## §.II. De irritatione iuramentoz.

Nota ꝼm.b. Tho.ij.ij.q.lxxxix. Cū ad vnūquēq; ptineat irritare iuramēta q̄ a subditis facta sunt i his que subdunt ei⁹ ptāti ſi vult: ideo mater ⁊ pr̄ ꝑnt irritare filiorū iuramēta: ⁊ viri iuramēta vxoꝝ. vt dr̄ Nume.xxx. Hec Tho. qđ videt intelligēdū ꝼm Guil. in his q̄ nō ꝑnt fieri ſine ſcādalo ⁊ p̄iudicio viroꝝ. Idē de filijs ⁊ ſeruis videt. Ad id qđ dr̄. Anto. facit qđ dr̄ ſummatim in c. ſi ſeruis. de iureiurā. vicz. q̄ nō valet iuramētū p̄ſtitū i p̄iudiciū iuris ſupioris. Et ſup dicto. c. q̄rit Nico. ſy. ſi clericꝰ exīs i ſtudio alicui⁹ ciuitat̄ iurauit nō exire diſtrictū illi⁹ ciuitat̄ anteq̄ ſuo creditori eet ſatiſfactū. ſi ante ſolutiōez reuocat̄ ex iuſta cā p eꝑm. nunq̄d iuramēto nō obſtāte teneat̄ mādato ſupioris parere. Et videt̄ q̄ ſic p illud. c. venietes. q̄ nō potuit ſe obligare i p̄iudiciū iuris⁊ auctis ſupioris. ⁊ poſt multa q̄ allegat Jo. an. de re. iur. in malis cōcludit q̄ nō tenet̄ ibi manere ſ parere mādato ſupioꝝ. Et ſ nīſi cū lnia epi q̄ dedit lniam ſtādi i ſtudio: q̄ vno cōceſſo videnꝫ oia cōceſſa ſine q̄b⁹ illud expediri nō pōt. vt in. c. prudentiā. de of. dele. Et idē cōcludit p oia de pr̄e reuocāte filiū q̄ eodē modo iurauerat. Itē i dicto. c. puenit. ponit̄ iſta alia cōclusio ſummaria. Nō aſtringit̄ q̄s iuramēto ad impl̄ēdū q̄d iurauit ſi ab alia pte nō impleť. Circa hmōi declarationē Nico. ſy. ſic diſtinguit. q̄n due obligationes reſpectuanť adinuicē: vt q̄ ego p̄miſi tibi certū q̄d p eo q̄ tu p̄miſiſti mihi q̄d aliud: ſi tu nō adimples ex parte tua: nec ego teneoꝝ iplere. ⁊ ſic loquit̄ iſtud. c. puenit. ⁊ regula. fruſtra. de re. iur. li. vi. Idē q̄n ſolꝰ ne obligaut: ſ obligatio mea fuit cōditionata p te reſpectu alicui⁹ impl̄ēdi p te: puta p̄miſiſtre p te romā ſi dederꝫ mihi. x. ſi nō das non teneoꝝ. p̄miſi nō expellere te de domo mea tibi cōceſſa i emphiteoſim. certe tacite itelligit̄ ſi mihi canonē ſolues. vñ ſi nō ſoluis poſſum te expellere. Si vo obligationes nō reſpectuanť adinuicē nec reffectunť ad idē factū: ſ diuerſum. puta p̄o miſi tibi dare certū libz̄ū ⁊ iurauī. tu poſtea iuraſti aliq̄d p me facere: licz ego nō impleā p̄miſſionē. tu tñ nō vitabis piuriū differēdo: q̄: tu nō p̄miſiſti ratione p̄miſſionis mee: ſed ſimplr. ⁊ in hoc caſu loquit̄. c. qđ deo. xxxiij. q. v.

## §.III. De iuramento facto

Utrum ſucceſſores obligētur iuramēto anteceſſoris

ab aliquo alicui⁹ vtrū obliget eū ad ſucceſſores ei⁹ qui iurauit. ⁊ vtrū ſucceſſores iurātis obligenť ex illo ei cui iurauit. ℞n. ad vtrūq; Nico. ſy. ſup. c. vitatis. e. ti. Quātū ad p̄imū p diſtinctionē: q̄ aut q̄s iurat alicui ⁊ ſucceſſoribus ei⁹: licz teneat ſe cognoſcere libertū ſeu vaſallū ſeu ſubditū. Et de hac recognitiōe loquit̄. c. lōginq̄tate. xij. q. ij. qđ ſit ne lōginq̄tate tp̄is pereat meꝰia origo. Aut nulla mētione facit i iuramēto de ſucceſſoribꝰ: ⁊ tūc iterū ſubdiuidit̄: q̄ aut iurat ſimplr̄ ꝓſonalr̄: ⁊ tūc cuilibet ſucceſſori iurare tenet̄. ad hoc facit. l. impiale. de phī. feu. ali. Sed ſ facere videt̄. c. iſtud vitatis. Aut fuit ſimplr̄ appoſitū aliq̄d vbū ꝓſonale: puta p̄mitto tibi. tē. ⁊ tūc p̄cedat opi. p̄emiſſa. Si tñ is cui iuratū eſt remouereť a dignitate nō tenereť ei iurās ad obſeruātiā iuramēti amplius: q̄ intelligit̄ iuramētū ꝓſone p̄ſtitū rōe dignitat̄. ⁊ de hoc eſt. j. in. c. venerabile. de elec. Aut fuit ſimplr̄ p̄ſtitū rōe dignitat̄. ⁊ tūc tranſit ad ſucceſſores q̄tūcunq; nō fuerit facta mētio de ſucceſſoribꝰ: vt ſi dixi p̄mitto obedire ep̄o Flo: ei. vel ro. pō. q̄: dignitas nō variať ex varietate perſonaꝝ. vt in. c. liberti. xij. q. ij. Quātū ad ſcām dicit Hoſtī. ⁊ cōiter doc. q̄ iuramētū nō trāſit i heredē vel ſucceſſorē iurātis: etiā ſi q̄s iurāſſet ꝑ ſe ⁊ ſucceſſoribꝰ ſuis ſeu here dibꝰ: q̄: licz q̄s poſſit obligare heredē tpal̄r: immo etiā nō faciēdo mentionē de heredibꝰ pactū regul̄r trāſit in eos. ſpūal̄r tñ nō pōt: q̄: licz ſit honeſtū: vt i ſpūalibꝰ obligatio nibus filius ſequať voluntatē p̄ris: nō tñ neceſſariū. vt in c. ſ. de deſpō. impu. vñ filiꝰ vel heres nunq̄ eſt piurus ex iuramēto defuncti: ſi tñ iurans ſi nō ſeruat cū debeat. ⁊ ſi quidē fuit iuratū ſimplr̄ nō habito reſpectu ad dignitatē eiꝰ cui iurat: nec ad dignitatē ſeu aliā q̄litatē iurātis ſemp obligat iurantē ſi ꝑ ſ ꝑnt ipoꝝtare vba iuramēti. ar. xxxij. q. viij. c. vnico. Sed ſi iurat̄ habito reſpectu ad dignitatē eiꝰ cui iurat̄: puta iuro tibi vt epo cū ſis p̄natus nō teneoꝝ. Siť iurādo reſpectu q̄litatis alicui⁹ ipſi⁹ iurātis: puta iurat q̄s ſeruare ſtatuta eccl̄e tanq̄ clericꝰ vel canonic⁹: cū nō eſt ampli⁹ clericꝰ: vel canonicꝰ nō teneť iuramēto obligatus. ar. dicti. c. venerabilē. Nō autē q̄re q̄s pōt ſe alicui obligare ⁊ ſucceſſoribꝰ ſuis: nō aūt pōt obligare ſe ⁊ ſucceſſoꝝes ſuos eſt iſta: q̄ in p̄ma agit̄ de obligatiōe p̄opꝛia quā q̄s facere pōt. put vult. In ſcḋa agit̄ de obligatione aliena quā nō facere pōt in ſpūalibus aliq̄s ꝑ alios: q̄ aia ſine ꝓpr̄io cōſenſu ligari non pōt. vt. xxxij. q. viij. c. vnico. Et hāc cōclusionē firmat Jo. an. in ſi. de ſepul.

## §.IIII. De iuramento vniuerſitatis

Juramētum ſocietatis

ſeu ſocietatis: cū ſcz iurāt ſe aliq̄d facturos: vel nō facturos. nunquid ꝑnt ſibi dimittere. Ad q̄ reſpōdet Guil. q̄ hoc pōt eſſe q̄ttuor modis. Primo q̄dē ſi ſit de his q̄ pertinent ad cultū dei ſeu ad religionē vel pietatē: ⁊ tūc nō ꝑnt remittere: vt ſi duo iurēt q̄ ibūt vltra mare mi litare ꝑ deo. ſ. bellando cōtra infideles: vel inſtrabunt religionē: vel dicēt duo vel tria ꝑſalteria adinuicē: aut ſi qui artifices iurēt q̄ de lucro dabūt certā portionē fabricе alt cuius eccl̄e vel ſin alios pios vſus. Vbi tñ aliqui iurāt q̄ ibūt vltra mare ſimul ꝑnt q̄dē ſibi remittere inuicē ne vadāt ſimul: ſ nō ꝑnt ſibi remittere q̄ nō vadāt: q̄: quaſi duo iuramēta ſunt. ſ. ⁊ q̄ vadāt: ⁊ q̄ ſimul vadāt. Scḋo ſi iuramentū ſit de tpalibus: ⁊ tūc etiā non ꝑnt ſibi remittere: quia ꝑter ſalutē aiaꝝ videť eſſe iuratū: vt ſi carnifices iurent q̄ nō vēdāt carnes infectas ꝑ ſanis: aut q̄ nō ſophiſticabūt merces ſuas ⁊ hmōi. Ad hoc eñ tenenť etiā ſine iuramēto. vñ nō ꝑnt ſibi inuicē remittere iuramētū. Tertio pōt cōtingere q̄ iuramentū ſit ſup re tpali. ad q̄ tñ abſq; iuramēto nō tenebanť facere q̄ iurāt. ⁊ tūc ſi obſeruātia iuramenti ſpectat tñ ad cōmodū vel incōmodū iurantiū ꝑnt ſibi remittere: vt ſi vn⁹ iurat alteri q̄ faciet ſibi libz̄ū aliquem vel donū dabit: ⁊ alter iuret q̄ dabit et mercedē. Siť q̄n duo ſocij iurāt adinuicē q̄ cōicabūt ſibi lucra oia. Sed ſi ſpectat ad cōmodū alioꝝ q̄ iuratū eſt nō ꝑnt ſibi inuicē remittere: vt ſi artifices iurēt q̄ in mercib⁹. xx. ſolidoꝝ nō accipiēt de lucro vltra vnū ſolidū. vel q̄ nō vēdēt de materia ſic parata: vel q̄ nō trahēt petias pāni vltra tā tū ⁊ hmōi. Quarto pōt cōtingere ſi iurať q̄ alijs eſt dānoſum. nā tale iuramētū nō eſt obligatoriū: vt ſi iurēt ſutores q̄ certo tpe nō laborabūt. ⁊ hoc vt ꝑter raritatē carius vēdāt. vel carnifices q̄ nō p̄eparabūt carnes niſi ad certū numerū vel alij opifices q̄ non opabunť ꝑ minoꝝ precio q̄ tāto ⁊ hmōi. Hec iuramēta q̄uis nō ſint obligatoria: tñ nō expedit vt q̄ ꝓpr̄ia auctē ꝑsumeť vel ſibi remittāt: ſed q̄ auctē epi reuocenť vel potius denūcienť ea nō tenuiſſe. vel dic q̄ ſufficit auctas ꝓpr̄ia q̄n fuit iuratū de eo q̄d eſt manifeſtum pertinēt maioꝝis boni impediti⁹. hec Guil. Itē nota q̄n multitudo iurauit aliq̄d facere vel nō facere cū querit̄ vtrū aliq̄bus ꝑueniēt ibꝰ poſſint alij licite ꝑuenire. ℞n. Guil. q̄ ſi abſolutus ⁊ i oēm euētū iuratū eſt q̄libet teneť ſeruare cū. ſ. nō ſit de ſe illicitū q̄d iuratū eſt. Si vo ſub cōditione vel ob determinatā cām: puta ſi alij ſeruarēt ⁊ hmōi nō teneť niſi extante cōditione. ar. xxxij. q. viij. non ſolū. ex de cōdi. ap. c. verū. vñ ſi oēs alij vel plures nō ſeruant in hoc caſu abſoluti videnť alij. Si vo pauci ſunt q̄ nō ſeruāt recurrendū eſt ad intēt̄ionē iurātiū: vicz ſi intēdebāt q̄ quocūq; nō ſeruāte ipſi nō teneren: ⁊ tūc nō teneneť. aut ſolū ſi multi eſſent q̄ nō ſeruarent ⁊ tunc tenentur. Quod ſi de intentione neſcitur tutius eſt ſeruare. Hec Guil.

## §.V. De iuramento quod

Juramētus de pārēdo mādatis

quis facit de parēdo mandatis alicuius quō ſit intelligēdū. Circa ꝺ dicto. ſy. colligit talē diſtinctionē ex ꝓbis Inno. Aut em̄ iuramētū fuit gñaliter ꝑſtitū de parēdo mandato alicui⁹. Aut ſpecifice ⁊ determinate. ſ. oiſ ex poſtſacto diſtinctio ſup intellectu ⁊ interptatiōe ei⁹. Jn ꝓmo ca ſu dicit q̄ nō extēdit̄ iuramentū niſi ad ea de quib⁹ cogitatū fuit vel ꝺz merito cogitari. vt in. c. ꝙntauallis. e. ti. Refert etiā alios dicere ⁊ nō male ꝼm eū nō ſufficeret ſi iurās dicat ego nō cogitaui q̄ tu hoc mihi ꝓcipes dūmodo pena nō excedat culpā. imo oino pōt ꝓcipe quatin⁹ culpa patiť niſi ſit ꝺnus. vt in. c. ꝙntauallis. vel q̄ nō ſit ꝺ p̄ius iuramētū illud qđ imponit. Dicit em̄ ſummarie. i. c. veniēs. eo. ti. q̄ ſi alicuius mādato iurauī parere. aliq̄d mihi ꝓcepit ꝺ iuramētū p me ꝓpus licite factū illd̄ ſeruare nō teneoꝝ. vel etiā niſi eſſet tale q̄d illud qđ mādať q̄d fim cōem eſtimatiōez nunq̄ iurāſſet ſi credidiſſet ſibi illud mādari. arg. in. c. petitio. eo. ti. Jn ſcḋo caſu p̄incipali dicit q̄ in cō filio aie ſue ſeu in fo: ſi p̄niali fim intēt̄ionē iurātis eſt interptādū. Sz in iudicio ſeu fo: o cōtēioſo recipit interptationē fm ius. vt i. c. veniēs. e. ti. Qualr̄ aūt ius interptabit̄ vide. xxij. q. v. humane. ⁊ c. ex litteris. ꝺ ſpō. ⁊ c. tua. Et q̄ hoc determinať q̄ō qua q̄rit. Cū clericꝰ ſtare mādato epi iurat: ⁊ eps ꝓcipit ei vt reſignet bñficio ⁊ nō appellet. certe ex quo nō erat verīſile hoc intēdere poterit nō obſtāte p̄cepto appellare. nec opꝰ eſt petere abſolutionē ſeu relationē iuramēti. cū iuramētū nō extēdat vltra ꝓſensuz iurantis. ſ firmat Jo. an. in. c. vnico. de cōmo. vbi dicit q̄ generaliter renūciatio caſuū fortuitoꝝ nō validať iuramento ex defectu ꝓſensus. Itē ꝑ hoc decidit alia q̄ō cū videlz q̄d iuratū eſt obſeruādo nō obuiet p̄rori iuramēto. ſ alis ſolenniter ꝑmiſſio. Nūauis em̄ Jnno. dicat q̄ ſeruandū eſt iuramētū ⁊ de p̄miſſo ꝺz aliter ſatiſfacere. Hoſti. dicit ꝺnū allegās plures rōnes. ar. xxij. q. v. Juramēti. Anto. dicit q̄ ſi ꝑma ꝑmiſſio eſt ꝑciſa. vt q̄: eſt obligatio dandi nō aret̄ ad q̄ceptū imꝑuū q̄d q̄s iurat ſeruare niſi ꝑs ꝺ alio ꝓtēt̄are cui facta eſt ꝑmiſſio. Sz ſi nō eſſet ꝑciſa obligatio nec in obligatiōib⁹ facti in q̄b⁹ ꝑs ꝑciſe nō obligať ad factū ſ ad intereſſe. tūc q̄: pōt implere ꝑmū ⁊ ſcḋm ꝺz iuramētū ſeruare. vt ſi vn⁹ ꝑmitto tradere aliquaz rē. poſtea eādē rē alteri ꝑmitto ⁊ iuro. teneo: ſeruare iuramentū. q̄ poſſum ſeruare iuramētū tradēdo rē ⁊ ꝑmiſſum ſatiſfaciendo ſcḋo de intereſſe. ⁊ hanc dicit putare fuiſſe de mēte Jnno. in ſup. adicta ſnia eiꝰ. Sz Nico. ſy. tenet ꝺnū videlz q̄ ꝑ iuramentū ſequēs in quo aliq̄d ꝑmiſit nō pōt q̄s infrigere ꝑmiſſionē ꝓius ſimplr̄ factā licitā vt obſeruet iuramētū. ⁊ ſic ꝑcludit q̄ obligať q̄s ad factū illd̄ impl̄ēdū qđ licite ꝑmiſit. ſiue fit ꝑmiſſio ſimplex ſiue iuramēto firmata de iure diuino ⁊ canonico. ꝺ pac. c. j. ⁊. xxij. q. v. Juramēti. nec ſufficit ſatiſfacere quoad intereſſe. ſ. aliud dādo. etiam ſi iurauit poſtea aliq̄d qđ ꝉs impediret ſimplicē ꝑmiſſionē. q̄: nō teneť illud ſeruare. Jnno. etiā videť ſibi eē cōtrarꝰ in. c. ſicut. de ſpō. vbi dicit q̄ ſi q̄s ſimplr̄ ꝑmiſit ꝺre cū aliqua ⁊ poſtea idē ꝑmittit alteri mulieri ⁊ iurat ſecundū nō ꝑmū ꝛcū q̄ teneť poti⁹ ꝑme quaſi nō valeat iuramētū ꝺ ꝑmiſſionē alteri factā. Cū dñs fac̄ iurare duos ſubditos q̄ dicēt ei ſi quē ſciuerint vel audierit ſurripuiſſe aliq̄d de reb⁹ ſuis. Dicit Guil. Circa ꝺ credo diſtinguēdū. q̄ ſi talis dñs cōiter habeť truculēr⁹ ⁊ fer⁹ nō teneneť ſuare q̄ illicitū fuit qđ iuratū eſt. Si aūt credit ⁊ habeť mālue tus ⁊ nō niſi rōnabiliter. poſſurus tūc ſubdiſtinguēdum quia aut ſunt tales q̄ tpineāt ad cuſtodia ei⁹ q̄ ſic iurauit ſeruare debet. puta ſi quis videret furē aſpo: tantē res que eius cuſtodie cōmēdate ſunt. pōt ꝓſequi res furtiuas. aſs teneť reſtituere. Si aūt nō teneť ad cuſtodia illarū rerum. tunc ſi nō pōt ꝓbare nō ꝺz reuelare niſi talibus perſonis

## §.VI. De iurando ſeruare

Jurās ſeruare ſtatuta.

ſtatuta alicuius eccl̄e vl̄ ciuitatis. Circa qđ ſic diſtinguit Jo. an. Aut q̄s iurat ſeruare ſtatuta edita: ⁊ tūc ex vi iuramēti nō teneť ad ſtatuta q̄ poſtmodū fiūt: vt in. c. clericus eo. ti. Aut iurat ſeruare edita ⁊ edēda: ⁊ tūc teneť ad futura ⁊ ſ nīſi ibi eſſent aliqua illicita: q̄ ad illa nō teneť. vt in ca. ſ. e. ti. lib. vi. Si em̄ ſciebat aut credebat aliqua ibi eſſe illicita temere illud iurauit. Nec tñ obligať ad obſeruantiā: ſi neſciebat nō peccauit in iurādo: ⁊ intelligit̄ de licitis obligatio nō de aliis. Aut talis iurauit ſimpliciter ſeruare ſtatuta nō exꝑimēs edita vel edēda. ⁊ tūc fm Joh̄a. an. ⁊ ſ nīſi. teneť ad edita ⁊ edēda. Mō dictū nō placet Nico. ſy. ex eo q̄ ꝑter metū ꝑiurij iuramētū ē grauis p̄iudicij ⁊ ſtricte interptatiōis. ⁊ io nō eſt extendēdū ſ potiꝰ reſtringendū: vt nō cōꝑehendat qđ ex lata vbo: ſignificatione cōꝑehēdere pōt: vt in. c. ad nr̄am. ⁊. c. ꝙntauallis. e. tit. qđ vult Archi. Poſſet tñ diſtinguī q̄ aut ſtatuta q̄ poſtmodū fiunt nō ſunt multū p̄iudicialia: ⁊ tūc extendit̄ iuramētuz ad illa. Aut ſunt grauis p̄iudicij: ⁊ ad illa nō extēdit̄ iuramentū: vt. c. felicis. de pe. lib. vi. vbi hz q̄ publicatis bōis alicui⁹ ſimplr̄ nō veniūt bona futura. ⁊ ſ ꝑter grauitatē p̄iudicij. Si aūt talis q̄ iurauit ſuare edita ſtatuta poſtea ꝑmittit ꝑ illud iuramētū qđ ꝑus fecit ſeruare edenda nō aliter iurādo ex vi iuramēti nō teneť: vt in. c. clericꝰ. Circa cuius declarationē Nico. ſy. dicit diſtinguēdū: aut is q̄ ꝓmo iurauit intēdit nūc extēdere illud iuramētū ad obſeruantiā alterius actus. nō aūt intēdit de nouo iurare: vt q̄ dicit volo teneri virtute p̄imi iuramēti: vel ꝑmitto ꝓmo iuramētū: ⁊ tūc nō fit extenſio nec teneť ex nouo iuramēto: q̄ hoc nō intēdit. ⁊ de hoc intelligit dictū. c. clericus. Vñ abb. dicit hic q̄ ſi q̄s aſſerit dño aliq̄d ꝓ ſacrīm qđ p̄i⁹ fecit: nō eſt ꝑiurus ꝛ illud ſit falſum. quod intelligit Jo. an. vbi q̄n ad ꝺ ꝑmū iuramētū nō extēdebať. ſ. ex ſua intētiōe. al⁹ ſecus. teneť tñ talis ad illud ꝑ modū ſimplicis ꝑmiſſionis. Aut talis intendit ꝑ hoc iurare adhibēdo ꝑmū iuramētū ad qđ poſtea ꝑmittit. qđ pōt itelligi dupliciter. Vno mō ꝑ intēdat iurare ꝑ ꝑmū iuramētū ſicut ꝑ rē ſpiritualē: vt q̄: dicit. iuro ꝑ euāgeliū ⁊ hmōi. Secundo modo ꝑ intēdat ꝑ relaxationē ad ꝑmū iuramētū exꝑmere formā ꝓpr̄ioris iuramēti. q. d. iuro ꝑ ꝑmū iuramētum id eſt fm formā exꝑſſam in ꝓmo iuramēto: ⁊ tūc de nouo obligať ad iuramētū: nō ꝑ extendať antiquū ad nouā ꝓmiſſionē. Nam video q̄ vbi requirit̄ notabilis exꝑeſſio nō refert an exꝑimatur nominatim: an per relationez ad aliud: vt in ſnia q̄n iudex dicit cōdemno vel abſoluo. put in actis continet. Et ꝓpter q̄: de⁹ cui fit iuramentū reſpicit ad mentē nō ad formā verboꝝ. xiiij. q. v. ſi q̄d. Itē notā dū q̄ cū q̄s iurat ſeruare ſtatuta cōitatis vel alicuius collegij ſi qua ſunt abꝛogata ꝑ ſuam cōſuetudinē: que ſit rōnabilis ⁊ ꝓſcripta: vt in. c. ſi. de ꝓſue. nō videť obligatus ad illa: q̄: iam nō habeť vim ſtatuti. arg. ad hoc. diſt. iiij. ſ. leges. vbi dicit q̄ leges inſtituunť cū ꝓmulgantur. firmatur aūt cum moribus vtentiū appꝛobank. Nōnulle aūt ꝑ ꝺnā ſuetudinē abꝛogate ſunt: qđ ꝑbat p. c. ſequētia.

## §.VII. Querit̄ vtruz poſſit

Juramētus in arbitros factum.

peti reductio eius qđ ꝑ arbitros eſt iudicatū ad arbitrium boni viri. ⁊ maxime vbi interuenit iuramētū vel pena. Dicit ad hoc Hoſti. q̄ niſi arbitramētū eſſet ꝺ deū. quo caſu nullo mō eſt parendū: vt in. c. iulianus. ⁊. c. q̄ reſiſtit. xj. q. iij. debēt ptes arbitramētū obſeruare: nec poſſunt ꝺuenire ſine metu pene vel periurij quaſi ptes violerint ſe in ꝺ ligare ⁊ iuri ſuo in hoc renūciare: vt in. c. ſ. ⁊. ij. ꝺ pac. ⁊. vij q. j. q̄ periculoſuz. dicit q̄ forte iudex deberet occurrere ⁊ obuiare iniq̄tati ex officio ſuo pēſatis ꝓpr̄ijs ⁊ cauſe q̄litatib⁹. ex de trāſac. c. ſi. Sed q̄n valeat pactū ſeu renuncia

tio vt reductiõi ad arbitriũ boni viri nõ fit locus respectu oĩs lesionis. Et si nõ valeat ex se solũ: an firmet iuramẽto vel pena. Ad qõ sic rñdet Nico. fy. Aut qs absente pter ea tra iudiciũ renunciat petitiõi huius reductionis. ꝛ nõ valet. qz iuris futuri renunciatio nõ tenet. vt in. l. ſ. C. de pac. ꝛ de deci. ca. Et multiplici. Aut hoc fit in iudicio vel extra in pſentia partiũ. Jn quib⁹ casib⁹ tenet iuris futuri renũciatio. qz hz vim pacti de nõ petẽdo iuxta notata in di. l. ſ. C. de pac. ꝓ Bart. Aut obligauit se ꝑ pactũ qs ad nõ petẽdã hanc reductionẽ. ꝛ sum⁹ in casu dubiũ nr̃i. Hy. de reg. iuris in regula. Scienti. in. vſ. loquẽs in simplici pacto aut renũciatiõe tenet qꝫ ꝫ nõ obstãte poterit rõne magne lesionis petere reductionẽ hãc. qz id ꝑ pactũ dzintelligi sivt bonus vir fuerit arbitrat⁹. ar. in. l. qro. ff. de interloc. idem Bar. ꝓ dicta. l. Et Jo. an. in regula Sciẽti. dicẽs etiã illud pcedere si interuenisset ibi iuramẽtũ seu pena. Nã iuramentũ fm Bar. hz in se illã ꝺditionẽ quã habebat pactũ preambulũ. ſ. nõ venire ꝫ si equũ fuerit arbitratus. Opek aũt illud pactũ seu renũciatio respectu modic lesionis. Et idẽ tenet dñs An. videf quasi cõis opinio. Tñ ſfredi. ꝺrariũ semit respectu cuiuſcũqꝫ lesionis. qñ. ſ. pactũ vl renũciatio esset iuramẽto vallata. nisi dolus er animo ꝓcedat. Baldus dicit cõiter obseruari qꝫ nõ obstante quacũqꝫ cautela verboꝝ ꝓpter enormẽ lesionẽ põt peti reductio ad arbitriũ boni viri. qz nõ etiã verisimile qꝫ arbitrator posset eos enormiter ledere. Ego dicerẽ qꝫ aut deceptio venit ex ꝓposito. ꝛ tũc respectu quãtecũqꝫ lesionis põt peti reductio ad arbitriũ boni viri nõ obstãte quocũqꝫ pacto qz sicut expresse nõ põt renũciari dolus futurus. ita ꝛ fortius tacite ꝛ sub inuolato vbo ꝝ. Jtẽ si arbitrium retractatur ꝓ dolũ. multo fortius arbitramẽtũ. ꝛ in hoc videnf cõiter cõuenire doctores. Et dz interuenire dolus ex ꝓposito qñ sciẽter ꝙ odiũ vel fraudẽ vel gr̃am grauauit alterã pr̃ẽ. Aut deceptio venit re ipsa ſz fine dolo arbitratoris. ꝛ tũc si modice ledat nõ fit reductio. etiã si nõ sit facta renũciatio. si aũt fuit facta renũciatio hui⁹ reductiõis. tũc nõ solũ modice ſz etiã respectu magne ꝯtitatis lesiõis nõ põt peti reductio ista. Sec⁹ respectu enormis vel maxime lesionis. qz illud semp videf excepti. Ad sc̃m mẽbrũ. Aut qs renũciat seu pactũ facit de nõ petẽdo hmõi reductionem. etiã ꝑtectu magne lesiõis. aut renũciat ꝛ pacisci⁹ multum generaliꝛ. vr. ſ. possit arbitrator alte ꝛ basse in totũ vel in ꝑtem auferre ab vna parte ꝛ dare alteri. put sibi videbitur. Et in ꝓmo casu si dolus interuenit ex ꝓposito poterit nihilomin⁹ peti nõ obstãte illa renunciatiõe. qz dolus futurus remitti nõ põt. Aut deceptio venit re ipsa. ꝛ sic peti nõ põt reductio respectu magne ꝯtitatis lesionis. qz potuit pars ex pacto sibi ꝓiudicare. vt in regula Sciẽti. de regu. iur. lib. vj. Sz respectu maxime ꝛ enormis lesiõis põt peti reductio ex quo de tali nõ fuit expressum. qz renũciatio nõ dz trahi ex intẽtionẽ agẽtis. vt in. c. cũ volũtate. de sen. exco. Jdẽ do. Anto. ꝛ Pe. de ancha. Et dicit Bal. qꝫ magna ꝯtitas vel parua dicit respectu personarũ ꝛ cause. In sc̃o casu tũc aut ꝓceptũ arbitratoris est ꝺrta deũ ꝛ nõ ligat quãtũcũqꝫ sit pena apposita fm Hostiẽ. ꝛ Bene. in. c. Qui resistit. ſj. q. iij. Item puto vbi sit ꝺrta ius cõmune nõ remissibile ꝙ partes. vt in. c. Si diligẽti. de fo. cõpe. Aut est ꝺrta ius ꝓuatũ ipsius partis. Et si deceptio veniat ex ꝓposito ꝛ dolo arbitri põt peti reductio ꝙ rationem supradictã. Et hoc tenẽt Johã. cal. ꝛ Joh. an. ꝛ Barto. et est cõmune dictuz. Aut interuenit sine dolo. ꝛ valet ita qꝫ nõ põt peti reductio. Jta tenuit Joh⁹. cal. ꝛ Jo. and. ꝛ hoc satis hic cõstat de renunciantis. vel pacisc̃entis intẽtione.

